EMUNDI RICHERII ... LIBELLUS DE ECCLESIASTICA ET POLITICA...

Edmond Richer, Luigi Lambruschini

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
24 G
5

CLERR. REGG. S. PAULI

BLASII ET CAROLI DE URBE

PLUT. O. LOCULUS VI. NUM.

EX BIBLIOTHECA ILL.mi ET R.mi D. D.

ALOISII LAMBRUSCHINI ARCHIEP. JAN.

S.a N.° Vol.

13-9-F.7

Digitized by Google

Digitized by Google

EMVNDI

RICHERII

DOCTORIS THEOLOGICI

PARISIENSIS

LIBELLVS

DE

ECCLESIASTICA

ET POLITICA POTESTATE.

Nec non eiusdem Libelli per eundem Richerium demonstratio.

ECCLESIA, *est Politia Monarchica, ad finem supernaturalem instituta; regimine Aristocratico, quod omnium optimum, & naturæ conuenientissimum est, temperata à summo animarum pastore Domino nostro Iesu Christo.*

BIBLIOTECA NAZIONALE
ROMA
VITTORIO EMANUELE

PARISIIS,

M. DC. LX.

Digitized by Google

Veritas Domini manet in æternum, & liberabit nos. PSAL. CXVI. & IOANNIS VIII.

Deus dissipabit ossa eorum qui hominibus placent. PSAL. LII.

Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet: & educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem. PSAL. XXXVI.

Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. ECCLESIASTICI IV.

Digitized by Google

Ex Epa 9. Centuriæ ſecundæ. Epiſtolarum moriſoti, ad curetum.

IAM Vita RICHERII noſtri terminata eſt, immò nunquam moritur ſapiens, ſed viuit Cœlo, viuit cum virtutibus ſuis in animis ſuperſtitum, quibus manus porrigit, & pro quibus intercedit coram Deo, ad quem aſcendit. Omnibus verè Chriſtianis Gallici ſceptri amantibus, grande deſiderium ſui reliquit, per memoriam doctrinæ & probitatis. Vir proceræ ſtaturæ, rectum viuidumqne corpus, & par menti in eo habitanti, ſeruauit. Nulla venus, nullæ illecebræ corruperant, nulla ſeueritas li-

Digitized by Google

beralem rugauerat frontem. In ſtatione ſui poſitus, & Sorboniſtico, hoc eſt, tenui victu ſuſtentatus, ad extremam ſenectutem nempe ad annum ætatis ſuæ 84. peruenit. Hamanis ſuauitatibus intactus, vultu habituque moris antiqui, qui dignus etiam ab inimicis ſuis exiſtimatus ad quem diuinarum humanarumque rerum diſceptatio & iudicium deferretur. Memorabilem eum fecit renouata toties diſcrimina, notumque periculis nomen. Libellulum an. ſal. 1611. ſcripſerat, de *Eccleſiaſtica & politica poteſtate* ſuadente Henrico Borbonio primo Principe, maximis omnium Doctorum ſcriptis æquiparandum, quem verè dicere

possum, libertatis Gallicæ, totiusque Ecclesiæ Gallicanæ, Regumque, & Principum, quotquot vbique regnant, firmissimum tutilissimumque Volumen & Munimen, &c. Diuione S. Cal. Maias 1633.

Digitized by Google

Declaratio EMVNDI RICHERII, ſuper editione libelli ſui de Eccleſiaſtica & Politica poteſtate.

EGO EMVNDVS RICHERIVS, *Presbyter diœceſis Ligonenſis, Doctor ſacræ Facultatis Theologiæ Pariſienſis, & magnus Magiſter Collegij Cardinalitij Vniuerſitatis Pariſienſis ſubſignatus; ſemper præ me tuli, atque etiam nunc præ me fero, nullo alio vnquam animo, propoſito, conſilio, aut cuiuſquam hortatu, vel ſuaſione, me libellum* de Eccleſiaſtica & Politica poteſtate *anno 1611. ſcripſiſſe; quam vt breuiter demonſtrarem quænam eſſent principia doctrinæ maiorum ſcholæ Pariſienſis. Sed quia dum breuis eſſe volo obſcurus fio; atque per-*

Digitized by Google

ſpexi quaſdam propoſitiones memorati libelli, in malam partem acceptas: hic proteſtor & declaro, me ſemper voluiſſe, atque etiam nunc velle, & memetipſum, & libellum præfatum, omnemque meam doctrinam, ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, & Eccleſiæ Catholicæ Apoſtolicæ & Romanæ iudicio ſubijcere: ac permagnum concepiſſe dolorem, aliquas propoſitiones memorati libelli, ſic à nonnullis contra mentem, ſenſum, & intentionem meam captas, quaſi iuſtæ & legitimæ poteſtati ſummi Pontificis, & dominorum Prælatorum Eccleſiæ, aliquid imminutum aut detractum vellem: Quemquidem ſenſum, ſicut & omnem aliam interpretationem Eccleſiæ Catholicæ Apoſtolicæ & Romanæ iudicio contrariam, vehementer improbo & condemno: vtque alias ſæpe

obteſtatus ſum, ita etiam in præſentiarum iterum obteſtor, & declaro, me paratiſſimum eſſe, ad explicandas omnes propoſitiones dicti libelli, in bonum, verum, & catholicum ſenſum. In cuius rei fidem & teſtimonium, præſentem Declarationem & proteſtationem concepi, meáque manu ſubſcripſi, anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo, die Iouis trigeſima Iunij.

Signatum, E. RICHER.

Aujourd'huy datte des preſentes, eſt comparu pardeuant les Notaires & Gardenotes du Roy noſtre Sire au Chaſtelet de Paris ſous-ſignez, Venerable & ſcientifique perſonne Maiſtre EMON RICHER, *Docteur en la Faculté de Theologie de Paris, & Grand Maiſtre du College dit du Cardinal le Moine, fondé en l'Vniuerſité de Paris, riẽ S. Victor, lequel volontairement a recon-*

Digitized by Google

nu & confessé, auoir escrit & signé le contenu cy-dessus, qui est veritable: Dont il a requis aux Notaires sous-signez le present Acte à luy octroyé, le Ieudy auant midy trentiesme & dernier iour de Iuin mil six cens vingt-deux, & a signé en la minute, demeurée pardeuers de Sainct Leu, l'vn des Notaires sous-signez.

CARON. DE SAINCT LEV.

EMVNDVS RICHERIVS
Doctor Theologus Parisiensis,
Lectori veritatis studioso.
S. P. D.

LECTOR BENEVOLE, cum iustus dolor ex funesta cæde Henrici magni conceptus, permultos bonos viros, & religionis Catholicæ Apostolicæ Romanæ, & salutis patriæ amantissimos, tanto grauius percelleret; quod tum temporis, cernerent libros, & placita de summi Pontificis auctoritate in abdicandis Regibus: continuoque etiam periculum ex hac doctrina, Regum nostrorum capitibus impendens, increbrescere: Ego quidem post capitulum generale Domini-

Digitized by Google

canorum, mandato viri ampliſſimi, & maxime Catholici, cui hoc abſque iniuria denegare nullomodo poteram, libellum de Eccleſiaſtica & Politica poteſtate anno 1611. compoſui: vt demonſtrarem, *quænam eſſent principia doctrinæ Maiorum ſcholæ Pariſienſis, de Eccleſiæ & Romani Pontificis auctoritate.* Sed vixdum ille libellus primo lucis crepuſculo illuſtratus fuerat; ecce acerbiſſima Cenſura DD. Epiſcoporũ Senonenſis prouinciæ ſtatim flagellatur, *propterea quod multas propoſitiones, allegationes, & expoſitiones falſas, erroneas, ſcandaloſas, ſchiſmaticas, & hæreticas, vt ſonant, contineret.* Propria ſunt verba DD. Cenſorum, quæ indicant libellum meum in ſpe-

ciem, & quaſi ad externum aurium ſonum damnari. At bone Deus, qui neminem indicta cauſa damnari vis! quam pronum & expeditum erat, iſtam externam ſoni imaginem, ad bonum, verum, & catholicum concentum reuocare, ſi me DD. Cenſores non grauati eſſent audire: quando me illius libelli auctorem palam & ingenue profiterer? His autem de cauſis, cum publice expoſtulationem habuiſſem, quod aduerſus omnem diuini atque humani iuris rationem inauditus damnarer: inſuper contenderem DD. Cenſores, ſaltem aliquam eiuſmodi propoſitionum, allegationum, & expoſitionum, quas deberem emendare, nominatim

debuiſſe deſignare : propterea quod hac alia ſuæ Cenſuræ clauſula, *Iuribus tamen tam Regis quam Eccleſiæ Gallicanæ libertatibus per nos non tactis* : illa ipſa exciperent quæ damnabant ; & contra damnarent quæ excipiebant : *quoniam toto meo libello, ne vllus quidem apex occurreret, qui aut ad Regis iura, & ſupremam maieſtatem tuendam, aut ad Eccleſiæ Gallicanæ libertates non intime pertineret.* Tandem pro omni reſponſo, mihi pœna capitis interdictum, ne quid pro mea defenſione lucubrarem : atque amplius obiectum eſt, falſo & ſuperuacue iſtas querelas fundi à me : quando Magiſter Andræas Vallius collega & ſodalis meus Sorbonicus, cunctas libelli mei propoſitiones, mi-

nio & animaduerſione dignas, ſuo Elencho ſigillatim recenſeret, & confutaret. Ex quo intellexi, quamprimum aliquam mei libelli Defenſionem texere mihi liberum foret, me quidem iracundos Vallij Elenchos, ad amuſſim ſequi, & oſtendere debere, nullam earum *propoſitionum, allegationum, & expoſitionum, quas vt falſas, erroneas, ſcandaloſas, ſchiſmaticas, aut hæreticas, magno cum animi felle inſectatur*, talem eſſe, qualem quæſitis, & meditatis conuitiis, & cauillationibus vociferatur. Quocirca breuitatis ſtudio, ab illis propoſitionibus illuſtrandis, & explicandis, quas Vallius intactas reliquit, prudens ſciens hîc abſtinebo; vt eas omnes quas magno, vano ta-

men conatu labefacere molitur, orthodoxas, ac iuri diuino, naturali, & canonico plane congruentes esse, rebus conuincam necessariis: speroque, hanc vetustissimi & illustrissimi auctoris sententiam: *Veritas à tempore laborat, opprimitur nunquam*: tum demum de meo libello confirmatum jri. Ne autem in ijs perquirendis, quibus de agitur in hac Demonstratione, cuiquam aqua diutius hæreat: primo textum *libelli de Ecclesiastica & Politica potestate*, qualem anno 1611. typis æneis efformandum curaui, in octodecim capita distinctum; deinde singulorum capitum Demonstrationem, totiusque mei propositi summã in fronte huius lucubrationis intuendam exhibeo. Vale.

Digitized by Google

CAPVT I.

Iurisdictio Ecclesiastica, primario ac essentialiter Ecclesia, Romano autem Pontifici, atque aliis Episcopis ministerialiter tantum, sicut facultas videndi oculo conuenit. fol. 1

DEMONSTRATIO CAPITIS I.

1. *Demonstratio duorum axiomatum, quibus probatur Christum claues toti Ecclesiæ Architectonice dedisse, vt per vnum ministerialiter exercerentur.* fol. 3

2. *De similitudine oculorum, quibus Prelati Ecclesiæ & sedes Apostolica ab antiquis Patribus comparatur.* fol. 5

3. *Richerium quando asserit claues datas in communi toti Ecclesiæ, nomine Ecclesiæ ordinem hierarchicum collectiue sumptum intelligere.* fol. 9

CAPVT

CAPVT II.

Christus, immediate & per se claues siue iurisdictionem ordini hierarchico contulit, per immediatam & realem missionem omnium Apostolorum atque discipulorum. *fol.* 11

DEMONSTRATIO. CAPITIS II.

1. *Christum sex loquenti formulis Ecclesiasticam iurisdictionem significare, & conferre: eamque pridem ante ordini hierarchico, in commune quam B. Petro seorsim contulisse.* *fol.* 22

2. *Communicationem sacerdotij Christi factam toti Ecclesiæ in commune, esse velut causam efficientem totius iurisdictionis Ecclesiasticæ: adeoni facultas clauium, ligandi & soluendi, remittendi, atque retinendi peccata, pascendique oues Christi, & omnes aliæ dotes potestatis Ecclesiæ, ad sacerdotium Chri-*

sti , tanquam ad causam physicam , referantur. *fol. 27*

3. *Sacerdotium Christi esse velut animam Ecclesiæ militantis , totam in toto ordine hierarchico , & totam in quolibet Episcopo & presbytero habitare : atque pro diuersitate organizationis hierarchici ordinis , iuxta Papalem , Episcopalem, & presbyteralem dignitatem, diuersa ministeria , & functiones hierarchicas sortiri.* *fol. 29*

4. *Iurisdictionem Ecclesiasticam, habitu , & in actu signato : vna cum ordine Episcopali & presbyterali conferri.* *folio. 33*

5. *Patrum antiquorum & Doctorum Catholicorum testimoniis , demonstratur Christum prius atque immediatius claues toti Ecclesia in commune , quam sigillatim vni Petro dedisse : nimirum auctoritate Hieronymi, Basilij , Ambrosij , Augustini , Gregorij , Cusani , & Belarmini.* *fol. 40*

6. *De supremo Ecclesiæ tribunali, cuius erectione Dominus Ecclesiam Architectonicem & sibi sufficientem constituit Matthæi 18.* *fol. 62*

7. *Locus Cypriani & Augustini Can. Quodcunque, Can. loquitur, & Can. Alienus 24. quæst. 1. ab Elenchis aduersariorum vindicatur.* fol. 68
8. *Quonam sensu summa totius externa iurisdictionis Ecclesiasticæ, in facultate excommunicandi conquiescere dicatur.* fol. 77
9. *Atque Collationes beneficiorum quadringentis ac mille annis communi iure, & sacris electionibus continuasse perhibeantur.* fol. 78
10. *Sacras electiones quo ad essentiam iuris esse diuini & naturalis.* fol. 79
11. *Qua notione dictum sit à Richerio, nullam aduersum sacras electiones decurrere præscriptionem : & de duplici via propagandorum Pastorum Ecclesiæ.* fol. 82
12. *Hoc commune proloquium, Omnis principatus quo ad vim coactiuam ab hominum consensu pendet, ab aduersariorum calumnis defenditur.* fol. 86

CAPVT III.

Ecclesiæ definitio, per causas essentiales. fol. 90

DEMONSTRATIO. CAPITIS III.

1. *Quam ob causam Ecclesia dicatur politica monarchica.* fol. 93
2. *De Aristocratico Ecclesiæ regimine.* fol. 94
3. *Et cur omnium optimum atque naturæ conuenientissimum appelletur.* fol. 97
4. *Theologorum & Canonistarum sententia probatur hunc fidei articulum,* CREDO *vnam sanctam Ecclesiam Catholicam esse veritatis sempiternæ, Papa viuo aut mortuo.* fol. 99
5. *Idem Papam esse duntaxat caput ministeriale Ecclesiæ.* fol. 102
6. *Præceptum de habendo Pontifice esse affirmatiuum non negatiuum.* fol. 103
7. *Et sedem Apostolicam septem annis post Marcellini Papæ martyrium vacasse.* fol. 104

CAPVT IV.

D. Petrus est solummodo caput ministeriale, Christus autem, Dominus absolutus, fundator, caput, & fundamentum essentiale Ecclesiæ: unde argumenta quæ ducuntur à capite ministeriali ad essentiale caput, fallunt à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter. fol. 105

DEMONSTRATIO. CAPITIS IV.

1. *Quibusnam fundamentis, & scripturæ testimoniis monarchicus Ecclesiæ principatus nitatur, & de dogmatica explicatione horum locorum:* TV ES *Petrus & super hanc petram, &c.* PASCE *oues meas, &c.* fol. 110

2. *Dominium & spirituale ministerium inter sese velut contraria opponi.* fol. 112

CAPVT V.

In Ecclesia, status à regimine distinguitur: nam status monarchicus est, ad vnitatem atque ordinem vindicandum, necnon ad efficacem exequutionem canonum: regimen vero aristocraticum, propter salutare consilium, infaillibilem prouidentiam, & constitutiones canonum: Ecclesia enim canone non absoluta potestate regitur. fol. 115

DEMONSTRATIO. CAPITIS V.

1. *De status atque regiminis Ecclesiæ differentia.* fol. 118

2. *Collegium Cardinalium ex vi suæ institutionis ad Concilium aristocraticum Ecclesiæ pertinere.* fol. 122

3. *Quodnam sit natiuum Ecclesiæ Concilium à Christo institutum, & quid definire ex Cathedra.* fol. 125

Digitized by

4. *Episcopos iure diuino Apostolis, atque presbyteros* LXXII. *discipulis succedere, & in commune debere Ecclesiam regere.* *folio* 128

CAPVT VI.

Infaillibilis potestas decernendi aut constituendi canones, toti Ecclesiæ, quæ est columna & firmamentum veritatis, non vni & soli Petro competit: idque praxi Ecclesiæ comprobatur. fol. 133

DEMONSTRATIO. CAPITIS VI.

1. *Quanam sit ratio Canonis* MAIORES 24. *quæst.* 1. *quem frustra aduersarij, quasi perperam vsurpatum à Richerio, oppugnant.* *fol.* 143

CAPVT VII.

Explicatio huius textus Euangelij, Simon, ecce Sathanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum, Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, &c. fol. 145

DEMONSTRATIO. CAPITIS VII.

1. *Facultatem confirmandorum fratrum Petro competere non tam ratione horum verborum Chriſti,* EGO ROGAVI *pro te Petre, confirma fratres tuos, &c. quam in vim & conſequentiam Primatus: & quid fratrum nomine intelligatur Lucæ 22.* fol. 156

CAPVT VIII.

Frequens celebratio Conciliorum eſt ſimpliciter & abſolute neceſſaria ad Eccleſiam melius ſanctiuſque

Etiuſque regendam: & quo in caſu bullæ, ac decretales ſummorum Pontificum obligent. folio 154.

DEMONSTRATIO. CAPITIS VIII.

1. *Teſte Belarmino celebratio ſynodorum eſt medium ordinarium & neceſſarium à Chriſto inſtitutum, ad omnes Eccleſiæ controuerſias definiendas: & quidnam ſit definire ex cathedra. fol. 158*

2. *Qua notione Richerius dixerit præſtare legibus quam abſoluto vnius imperio gubernari: & de Belarmini ſententia in eam rem. fol. 160*

3. *Genuinus ſenſus Canonis SI Romanorum, diſt. 19. & quo in caſu bullæ atque Decretales Pontificum vim obligatoriam habeant. fol. 163*

4. *Auctore Belarmino, Epiſtolas Pontificum Romanorum, quæ ante ſynodum Nicænam ſcriptæ perhibentur, non indubitatas nec erroribus vacuas eſſe. folio. 170*

CAPVT IX.

Quousque plenitudo potestatis Papæ se extendat, & quo in casu Papa de canonibus Conciliorum dispensare valeat. fol. 17

DEMONSTRATIO. CAPITIS IX.

1. *De obiecto & plenitudine potestatis Papæ.* fol. 176
2. *De legum natura, à quibusnam ferri possint: & quatenus vim habeant actualem obligandi.* fol. 177
3. *De hac formula definiendi in Conciliis seculo Gregorij VII. inuenta* NOS SACRO *approbante Concilio decernimus, &c.* fol 18

CAPVT X.

Quamquam Ecclesia vnicum habeat caput essentiale, nihilominus in ratione exercitij, atque exequutionis regiminis, à Papa & à Principe politico differenter

Digitized by Google

gubernatur. fol. 186

DEMONSTRATIO.
CAPITIS X.

1. De duplici Ecclesiæ regimine: & Papam esse Dei vicarium in spiritualibus: Principem vero politicum in temporalibus, ad iuris diuini naturalis & Canonici exequutionem. fol. 188

CAPVT XI.

Cum Ecclesia neque territorium, neque ius gladij habeat à Christo, & ad finem supernaturalem spiritualem tantum instituta sit, de mediis necessariis ad beatitudinem, suasiue tantum & directiue, non coactiue, pœnas temporales irrogando, iudicat. fol. 194

DEMONSTRATIO.
CAPITIS XI.

1. Censuras Ecclesiasticas, sicut & leges, posse considerari in actu primo, & secun-

do : neque antiquitus in rem iudicatam, ſecluſo Ariſtocratico Concilio preſbyterij, mitti conſueuiſſe. fol. 204
2. *Territorium iure diuino naturali addictum eſſe ciuili ſocietati: Eccleſiæ autem ſolo iure humano competere.* fol. 209

CAPVT XII.

Princeps politicus, vt dominus reipublicæ ac territorij, vindex eſt atque protector legis diuinæ, naturalis, & canonicæ : Quare eum in finem leges figere, & gladium diſtringere poteſt. fol. 212

DEMONSTRATIO. CAPITIS XII.

1. *Qua notione Conſtantinus magnus ſe Epiſcopum exteriorum negotiorum vocarit : & quantam curam de Eccleſiaſtica diſciplina melius conſtituenda geſſerit.* fol. 215
2. *Pontificale Romanum clare docere, Reges eſſe participes miniſterij Epiſcoporum in exterioribus negotijs.* fol. 221

3. *Quod Papa & Imperatores proportionatim & respectiue ius habeant synodorum indicendarum tanquam iuris diuini, naturalis, & Canonici vindices.* fol. 222

CAPVT XIII.

Princeps politicus, vt Ecclesiæ protector, & vindex canonum, iudex est legitimus appellationum quas ab abusu vocant: & hinc Ecclesiæ Gallicanæ libertates originem sumpserunt. fol. 224

DEMONSTRATIO. CAPITIS XIII.

1. *De hoc capite nihil dicetur quia Magister Andraas Vallius illud quietum reliquit.* fol. 226

CAPVT XIV.

Confutatio argumentorum, quibus absoluta potestas Romano Pontifici tribuitur. fol. 272

DEMONSTRATIO CAPITIS XIV.

1. *Quonam sensu B. Petrus dicatur esse per & propter Ecclesiam : & de duplici via ac ratione propagandæ potestatis Ecclesiasticæ.* fol. 233

2. *De libertate & beatitudine status Episcopalis, atque Episcoporum auctoritate in definiendis Ecclesiæ Controuersiis.* fol. 235

3. *Impia Caietani adulatio, perhibentis Ecclesiam sponsam Christi, atque omnium fidelium matrem ac dominam, seruam natam esse respectu Papæ.* fol. 235

CAP. XV. XVI. XVII. & XVIII.

15. IN CONCILIO *generali congregato, Papa habetur caput, quo ad verbi diuini predicationem, administrationem sacramentorum, & executionem canonum: minime vero quo ad directionem, & potestatem coërcitiuam in totum concilium.* fol. 238

Digitized by Google

16. EXPLICATIO *huius canonis, nemo iudicabit primam sedem.* *fol.* 242

17. CAVSA *finalis Ecclesiæ, quæ est vita æterna per bonum regimen, demonstrat Petrum esse per & propter Ecclesiam, sicut oculus per & propter hominem. fol.* 247

18. QVID SIT *Ecclesiam habere potestatem indirectam in temporalia: & solutio argumentorum contrariorum.* *fol.* 249

DEMONSTRATIO.

CAPITIS XV. XVI. XVII. & XVIII.

Hæc quatuor capita, aut leuiter deliberantur, aut omnino intacta relinquuntur à Magistro Andrea Vallio: quare in illis defendendis non immorandum est.

Conclusio huius Demonstrationis, partim in decreta facultatis Parisiensis; partim in D. Cardinalis Perronij sententiam. *fol.* 255

Scholæ Pariſienſis Cenſura pro iuris communis, atque hierarchici ordinis vindiciis contra fratrem Ioannem de Gorello. fol. 259

Altera eiuſdem ſcholæ Cenſura aduerſus fratrem Ioannem Sarrazin, pro immediata Eccleſiæ auctoritate, & Canonum ſynodi Conſtantienſis vindiciis. fol. 271

Articuli Pariſienſes contra Lutherum pro immediata Eccleſiæ auctoritate. fol. 284

Cenſura ſcholæ Pariſienſis pro iure communi aduerſus propoſitiones quas frater Ioannes Angeli prædicauerat Tornaci. fol. 288

Reſponſum facultatis Theologiæ Pariſienſis Carolo VIII. regi Franciæ factum, quo Canones ſynodi Conſtantienſis & Baſileenſis de Concilijs generalibus frequenter celebrandis confirmantur. fol. 303

Cenſura ſcholæ Sorbonicæ aduerſus librum Pleſſei Mornæi inſcriptum Iniquitatis myſterium. fol. 309

FINIS.

SVMMA EORVM QVÆ acta ſunt Pariſiis, in diſputationibus Capituli generalis Dominicanorum, die XXVII. Maij M. D C. XI.

ANno Domini milleſimo ſexcenteſimo vndecimo, die vigeſima ſeptima Maij, Magiſter Emundus Richer Doctor & Syndicus ſacratiſſimæ Facultatis Pariſienſis, vna cum honorandis Magiſtris, Vincentio Marchant, Antonio de Heu, Nicolao de Leſcleues, & Nicolao de Paris, Doctoribus eiuſdem Facultatis, circa horam tertiam ſeſe contulit in pergulas Scholæ Theologicæ Conuentus Fratrum Dominicanorum Pariſienſium, quas frequentiſſimo numero clarorum ac doctorum virorum occupatas reperit: Inter alios permulti erant Doctores Thologi prædictæ Facul-

tatis, nec non etiam plures ex familia Dominicanorum, Galli, Itali, Hiſpani, qui eodem conuenerant ad ſpectandas & audiendas ſolennes diſputationes Capituli generalis. In his diſputationibus, Frater Vvibertus Roſenbach Lector Conuentus Colonienſis prædictorum Dominicanorum, partes reſpondendi agebat, præſide Magiſtro ac Fratre Coſma Morelles Regente & publico Profeſſore eiuſdem Conuentus Colonienſis: Theſes autem ſic inſcriptæ erant: Sereniſſimo ac Reuerendiſſimo D. Domino Erneſto Dei gratia electo & confirmato Archiepiſcopo Colonienſi, ſacri Romani Imperij per Italiam Archicancellario & Principi Electori, Epiſcopo Leodienſi, Adminiſtratori Monaſterienſi, Hiſdesheimenſi, & Friſingenſi, Principi Stabulenſi, Primariæ Eccleſiæ Archiepiſcopalis Magdeburgenſis præpoſito, Comiti Palatino Rheni, vtriuſque Bauariæ, Vveſtphaliæ, Angariæ, & Bullonis *Duci, Marchioni Francimon; &c.*

Porro, idem Magiſter Emundus Richer Syndicus, omnibus qui in prædictis pergulis erant videntibus atque audientibus, honorandum Fratrem ac Magiſtrũ Nicolaum Coeffeteau Doctorem prædictæ Facultatis & Priorem Conuentus Pariſienſis, nonnulloſque alios Dominicanos etiam Doctores eiuſdem Facultatis ſic allocutus eſt, rem eſſe indigniſſimam ac minime ferendam, quod theſibus, quæ eo die agitabantur, paſſi fuiſſent hos tres articulos inſeri : *1. Romanum Pontificem in fide & moribus errare non poſſe: 2. In nullo caſu Concilium eſſe ſupra Papam : 3. Ad Papam pertinere dubia decidenda Concilio proponere, deciſa confirmare vel infirmare, partibus ſilentium perpetuum imponere, &c.* Enimuero, ſi huiuſmodi articuli veri ſint, oportere omnes Gallos, qui decreta Synodi Conſtantienſis tanquam de fide ſemper propugnaſſent, eſſe Hæreticos, vel ſaltem Schiſmaticos : Gallorum patientiam iſtis theſibus tentari: quas ſi Henricus Magnus viueret, nun-

quam ausi fuissent edere in lucem: multos persuasum habere, id ab illis fieri non tam veritatis, quam priuati commodi studio : præsertim quod alia ratione suas extraordinarias missiones atque priuilegia tueri ac propagare nequeant : memoratas theses dicatas esse D. Archiepiscopo Colonienſi, ac propterea, non modo omnium Gallorum, sed etiam exterarum nationum manibus teri : quare si prædicti articuli intacti maneant sine vlla publica interceſſione, statim Gallos atque exteros sibi persuasuros Sorbonam isto silentio tacite à maiorum suorum placitis desciscere : publicum errorem publica satisfactione eluendum : se decreuisse in præsentiarum mittere Magistrum Ludouicum de la Court magnum apparitorem vt nomine facultatis hac formula intercederet. De mandato D. Syndici sacratissimæ Facultatis Theologiæ Parisienſis & Dominorum dictæ Facultatis subsignatorum, conferat se Magister Ludouicus de la Court, maior appari-

tor ipſius Facultatis in aula Conuentus Fratrum Dominicanorum Pariſienſium, in qua habentur ſolennes diſputationes pro Capitulo generali dictorum Fratrum : Ibique qua poterit modeſtia, & ſine ſcandalo, ſignificet Magiſtro Fratri Coſmæ Morelles preſidi, atque Fratri Vviberto Roſenbach reſpondenti, omnibuſque Baccalaureis dictæ Facultatis diſputantibus aut diſputaturis, ſeſe nomine dictæ Facultatis intercedere ac opponere quibuſdam Concluſionibus contentis in ſeptimo, octauo, & nono articulis aſſertionum Controuerſialium, prout ſcribuntur in Theſi prædicti Fratris Vviberti Roſenbach, tanquam nouis in Gallia, contrarijs ac repugnantibus ſacris Concilijs generalibus, natiuis Eccleſiæ Catholicæ libertatibus, politiæ regni Gallicani, nec non antiquiſſimis decretis prædictæ Facultatis Pariſienſis. Ad vitandum autem ſcandalum, cunctis Baccalaureis eiuſdem Facultatis prohibeat, ne in eiuſmodi

Concluſiones diſputent, ſed tantum in alias partes, quarum magna eſt copia : Actum die veneris vigeſima ſeptima menſis Maij, milleſimo ſexcenteſimo vndecimo. Quam intercedendi formulam, vbi prædictus Magiſter ac Frater Nicolaus Coeffeteau audiuit ac perlegit, per ſuos ſacros ordines affirmauit, prædictas Theſes ſe inſcio atque inconſulto factas : ſtante Capitulo generali ſe nihil prorſus habere auctoritatis in Conuentu : eodem die quo illlarum theſeum notitiam habuit, ſe D D. triumuiros regios adijſſe, ſibique ab eis nominatim iniunctum, Caueret diligenter ne quis in prædictos articulos diſputaret : eamque ob cauſam, omnes Baccalaureos ſigillatim monuiſſe, vt illas Concluſiones tacitas ſinerent : hoc inſuper D. Reuerendiſſimo Patri generali plurimum dolere, adeo vt præſidi ac reſpondenti ſtrictiſſime præceperit, ne de iſtiuſmodi partibus reſponderent, ſed ſi eas forte à quibuſdam agit-

tari contingeret, palam & publice declararent, ſibi minime licitum eſſe de illis agere. Quibus auditis & perpenſis, Magiſter Emundus Richer Syndicus, mutato intercedendi propoſito, reſpondit Controuerſiam iſtam hac moderatione ſedari poſſe; nempe ſi quiſpiam Baccalaureorum in aliquem prædictorum articulorum diſputaret, atque Magiſter Coſmas Morelles, qui diſputationibus præerat, è veſtigio proteſtaretur ſibi à ſuo Reuerendiſſimo Generali vetitum eſſe de illa parte in Francia reſpondere: hoc ſi ille præſtaret, ſacratiſſimæ Facultati abunde ſatisfactum iri: Quare idem Magiſter Emundus Richer imperauit maiori apparitori prædictæ Facultatis, vt ſignificaret Baccalaureis, licitum eſſe in prædictos articulos velitari: eamque ob cauſam Magiſter Claudius Bertin Baccalaureus Sorbonicus primi ordinis ita diſputare cœpit, Quicquid aduerſatur œcumenico & legitimo Concilio, eſt hæreti-

cum : hæc tua Concluſio, *In nullo caſu Concilium eſt ſupra Papam*, aduerſatur Concilio Conſtantienſi œcumenico & legitimo : Ergo eſt hæretica. Quam ad vocem illuſtriſſimus Sanctæ Sedis Apoſtolicæ nuncius Epiſcopus Politianus commotior viſus eſt : Magiſter autem Coſmas Morelles qui præerat diſputationibus (In hac enim tota concertatione nullum verbum à prædicto Fratre Vviberto Roſenbach emiſſum eſt) ſic reſpondit : Domine Baccalauree arguens, noli dicere hanc aſſertionem eſſe hæreticam, ſatis enim eſt ſi dicas eſſe falſam atqne erroneam : Ego vero profiteor, me iſtas Concluſiones non poſuiſſe animo offendendæ Academiæ aut Facultatis Pariſienſis, quam velut omnium aliarum Academiarum matrem agnoſco, ſed tantum veritatis diſquirendæ cauſa : etenim ſi veritas huiuſce quæſtionis in hac celeberrima Academia diſquiri non poſſit vbinam gentium enucleabitur? neque hanc partem tanquam

de fide, ſed velut prolematicam cum Franciſco à Victoria, Melchior Cano &
propoſui: ſi quidem conſtat multas alias Vniuerſitates eamdem Concluſionem tueri contra ſententiam Academiæ Pariſienſis: Quate ſi mihi detur venia reſpondendi, eam vt problematicam defendam. Tum illuſtriſſimus Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Nuncius, iuſſit de illa parte diſputari, quod D. eius auditori; qui præſens erat, gratiſſimum videbatur. Cæterum, quidam doctores Theologi, ac permulti viri illuſtres qui de prædictis pergulis euentum diſputationis attente expectabant, perſtrepere atque conqueri, cœperunt, nequaquam ferendum, vt eiuſmodi Concluſiones agitarentur in Gallijs: cum Eccleſia Gallicana, à temporibus Conſtantienſis Synodi contrariam Sententiam velut de fide ſemper propugnarit: magnus quoqne clamor excitatus eſt ab omnibus auditoribus qui in aula erant Theologica,

Digitized by Google

circiter ad duo millia : Inter alios D. Sanguin Conſiliarius Parlamenti, & Præfectus Mercatorum vrbis Pariſienſis, theſim publice lacerandam : Dominus autem de Hacqueuille Præſes Parlamenti, illam propoſitionem eſſe hæreticam contendebat. Tum Illuſtriſſimus D. Cardinalis Perronius, Archiepiſcopus Senonenſis, & magnus Regis Chriſtianiſſimi eleemoſynarius, Imperauit magno apparitori Facultatis Theologiæ, vt magiſtrum Emundum Richer Syndicum ex pergulis in aulam accerſeret, quæ frequentiſſimo numero clariſſimorum ac doctiſſimorum virorum, tam Eccleſiaſticorum quam Laicorum feruebat : quos inter Illuſtriſſimus D. Cardinalis Perronius, D. Illuſtriſſimus Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Nuncius, D. Rector Academiæ. D. Epiſcopus Montiſpeſſulani, D. Hacqueuille præſes in ſupremo Senatu, D. Sanguin Conſiliarius Parlamenti, ac præfectus Mercatorum vrbis Pariſienſis, Item, D. Ribier

etiam Conſiliarius in ſupremo Senatu, eminentiores cathedras occupabant: cunctiſque audientibus ac videntibus, Illuſtriſſimus D. Cardinalis Perronius multoties iterauit, quæſtionem de Concilij & Papæ eminentia problematicam eſſe, propter exceptiones quas tranſmontani aduerſus Conſtantienſe Concilium obtendebant; deinde petijt à Magiſtro Emundo Richer Syndico, qui ſe in aulam ex pergulis contulerat, primum ecquid cauſæ habuiſſet præcipiendi Baccalaureis vt in memoratos articulos diſputarent quos D. D. triumuiri regij ſilentio obrui præceperant: ſecundo, cenſeretue de illa parte diſputandum. Ad hæc præfatus Magiſter Emundus Richer reſpondit, ſe ideo copiam diſputandi feciſſe Baccalaureis in prædictos articulos, vt ſi qua ratione fieri poſſet, aliquod publicum teſtimonium eliceretur à Magiſtro Coſma Morelles præſide diſputationum, quo fieret ſatis Academiæ & Facultati Pariſienſi, quæ

publica aſſertione prædictorum articulorum nominatim peti atque offendi videbatur : Sorbonam ſemper habuiſſe Concilium Conſtantienſe pro legitimo atque œcumenico, eamque ob rem, ab eo tempore tanquam de fide tenuiſſe Concilium eſſe ſupra Papam : Theſes, quibus prædicti articuli contra decreta Synodi Conſtantienſis, & doctrinam Facultatis Pariſienſis ſcribuntur, in omnium gentium oculis verſari, ac propterea opus eſſe, vt aliquo actu publico contrario confutentur: Iuſſionem D.D. triumuirorum regiorum, de hac parte ſilentio inuoluendâ, omnibus ignotam atque occultam eſſe, quippe quæ vni tantum Magiſtro ac Fratri Nicolao Coeffeteau, qui eam priuatim acceperat, innotuerit, & verbo tantum, non ſcripto concepta ſit : ſe optime ſcire D. D. triumuiros regios, nunquam moleſte laturos ſi Schola Pariſienſis aliqua publica interceſſione aut ob nunciatione, ſuam antiquam do-

ctrinam vindicare niteretur : Demum, ſe limatiſſimo & caſtigatiſſimo iudicio Illuſtriſſimi D. Cardinalis Perronij relinquere, quanti momenti hæc ſit controuerſia, & vtrum eam hoc tempore tractari an ſilentio præter mitti expediat. Quibus auditis, Magiſter Coſmas Morelles, iterato ea quæ in exordio Argumenti Magiſtri Claudij Bertin præmiſerat ; proteſtatus eſt : videlicet, non ſe iſtas Concluſiones poſuiſſe animo offendendæ Academiæ aut Facultatis Pariſienſis, quam velut matrem omnium aliarum Academiarum agnoſcebat : ſed tantummodo veritatis diſquirendæ cauſa : hancque partem non tanquam de fide, ſed velut problematicam aſſerere, & cæt. Si vero ſibi concedatur de illa reſponſurum. Quamobrem, annuente Illuſtriſſimo D. Nuncio Apoſtolico, Idem Magiſter Claudius Bertin ſic argumentum ſuum perſequutus eſt : hæc pars damnata fuit in Concilio Conſtantienſi, quod

Martinus V. approbauit: Ergo falſa eſt atque erronea. Cui argumento vt Præſes ſatisfaceret, multas attulit ſolutiones, ex Caietano potiſſimum deſumptas, alium enim auctorem hac in parte non laudauit, Primo, quod decretum quartæ & quintæ ſeſſionis Conſtantienſis Synodi tantummodo intelligeretur de Papa dubio, puta quando eſt aliquod ſchiſma, & plures ſunt Antipapæ: Secundo, quod eadem decreta non fuerint facta Conciliariter, hoc eſt allatis atque penſatis vtrinque rationum momentis: Tertio, quod ſola obedientia Ioannis XXIII. conſenſum præbuerit huiuſmodi decretis, ipſo Ioanne abſente, adeo vt Concilium acephalum videretur: Quarto, addidit de ſuo Martinum V. quaſi ex abrupto & non mature attendendo peculiariter ad prædicta decreta, Synodum Conſtantienſem concluſiſſe: Scilicet poſtquam Legati Regis Poloniæ & Magni-Ducis Lituaniæ ſupplicaſ-

ſent, vt liber Fratris Ioannis Faltzemberg, quem Nationes & Collegium Cardinalium priuatim damnauerant, etiam publice & conciliariter damnaretur. Quibus in ſolutionibus deducendis, prædictus Frater Coſmas Morelles, tam multa inuoluebat atque implicabat, vt vix ex eius reſponſione liqueret, cuinam ſolutioni plus tribueret. Quocirca Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis Perronius iuſſit finem imponi diſputationi; At Magiſter Emundus Richer, Sydicus, illum obnixe rogauit, vt patereturMagiſtrum Claudium Bertin ſuam perſequi argumentationem, quam ita continuauit argumento ad hominem, vt vocant. Quicquid ſummus Pontifex reſpondet aut confirmat de Cathedra, per te eſt indubitatæ fidei: Sed Martinus V. ſedens pro tribunali in Conſtantienſi Concilio (cui etiam antequam crearetur Pontifex velut Cardinalis interfuerat) omnia & ſingula acta confirmauit quæ facta fuerant con-

Digitized by Google

ciliariter : Igitur decreta quartæ & quintæ ſeſſionis , cum facta fuerint Conciliariter , indubitatæ ſunt fidei : ac proinde falſum atque erroneum eſt aſſerere , in nullo caſu Papam ſubeſſe Concilio. Præſes reſpondit Martinum V. diſſoluto Concilio , Bulla quadam peculiari damnaſſe errores Ioannis Vviclef & Ioannis Hus , idque argumento eſſe, quod decreta quartæ & quintæ ſeſſionis minime roboraſſet. Contra idem Magiſter Claudius Bertin in ſurrexit , nunquam ante , neque poſtea auditum , vt qui Concilio interfuiſſet cum deliberaretur , atque eidem quoque præfuiſſet vt Papa dum concluderetur , deinceps Bulla particulari, quædam acta Concilij pro animi ſui ſententia comprobaret , alia vero reſpueret : & quamuis in Synodo Tridentina Romani Pontifices minime præſentes fuiſſent , nequaquam tamen Bulla peculiari ſingulos Canones Concilij approbaſſe : Cumque idem Magiſter Claudius Bertin inſtaret , ac

vlterius

vlterius argumentum ſuum promouere cuperet, Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis Perronius edixit, ne de hac re amplius, ſed de Sacramento Euchariſtiæ ageretur, ſicque huic diſputationi finis impoſitus.

PRæterea, cum idem Dominicani die Sabbathi vigeſima octaua Maij, indixiſſent diſputationes in diem Dominicam ſequentem, ac Theſes iam pro foribus ſcholæ eſſent affixæ, & articulus 63. prædictarum theſeum ita conciperetur, *Veritates fidei definire ſolius Pontificis eſt qui in hoc errare non poteſt:* de mandato Domini de Verdun primo Præſidis Parlamenti, illis eſt iniunctum, vt die dominico ceſſarent, ac prædictum articulum ex theſibus abraderent, ſi de his reſponderi vellent: ex quo accidit, vt ante diem Martis vltimam Maij non fuerit diſputatum: quo die, D. de Sillery Franciæ Cancellario permittente, memoratæ theſes ea le-

ge agitatæ fuerunt, vt Dominicani non paterentur quemquam disputare in prædictum articulum de Romani Pontificis infaillibilitate.

L. HOYAV. Rector Academiæ.

E. RICHER. Syndicus.

V. MARCHANT.

H. DE HEV.

LESCLEVES.

DE PARIS.

BERTHIN.

DELACOVR.

Digitized by Go

ARREST DE LA COVR de Parlement, contre le nommé Iacob, Bachelier, & Blanzy, Docteur, pour auoir proposé des Theses sur la puissance du Pape, contraires à la Doctrine de la Sorbonne, & de l'Eglise Gallicane.

Extraict des Registres de Parlement.

VEV par la Cour, les grandes Chambre & Tournelles assemblées, les positions imprimées, dressées par Frere Florent Iacob, Prestre, Religieux de l'Ordre S. Augustin, Bachelier en Theologie, pour icelles soustenir & deffendre publiquement, le dixiéme iour de May dernier, en la dispute de grande Ordinaire, en Sorbonne, sous Maistre Thomas Blanzy, Docteur en Theo-

logie, Principal du College de Caluy, dont le cinquiéme Article contenoit ce qui enſuit. *Huic porro ſedi ſucceſſor in qua ſedet etiam nunc Clemens huius nominis octauus omnium Pontificum maximus & ſupremus. Qui cum in terris Vices Dei gerat, ab eodem eſſe ſpiritualia & temporalia non eſt ambigendum, ſpiritualem enim & temporalem in omnibus habet poteſtatem, eique vniuerſi Cardinales Epiſcopi & omnes omnis generis homines parere & obedire & veluti membra capiti adherere perpetuo tenentur.* Et le neufiéme. *Domus Eccleſiaſtica cum duplicis gladij habeat poteſtatem, Temporalis vſum ad bonorum defenſionem & malorum exterminium regibus & magiſtratibus concedit.* Les Interrogatoires faits par l'vn des Conſeillers en ladite Cour à ce commis, auſdits Iacob & Blanzy priſonniers és priſons de la Conciergerie du Palais. Concluſions du Procureur general du Roy : Oüis & interrogez en ladite Cour leſdits Iacob & Blanzy, ſur leſdites pro-

poſitions : Oüy auſſi le Syndic de la Faculté de Theologie, pour ce mandé en icelle. Et tout conſideré: DIT A ESTE', Que ladite Cour a declaré & declare leſdits cinq & neufiéme Articles deſdites propoſitions, faux, ſchiſmatiques, contraires à la Parole de Dieu, Saints Decrets, Conſtitutions canoniques & Loix du Royaume, tendantes à rebellion & perturbation du repos public: Condamne ledit Iacob pour les auoir compoſées, fait imprimer & preſentées pour les ſouſtenir en ſon Acte de grande Ordinaire, eſtre conduit des priſons de la Conciergerie en la grande Salle de Sorbonne, en laquelle les Doyen & Syndic, Docteurs, Licentiez & Bacheliers ſeront aſſemblez au ſon de la cloche, & illec eſtant teſte nuë, & à genoux, aſſiſtant ledit Blanzy, teſte nuë & debout, dire & declarer, Que temerairement & indiſcretement, il a compoſé & publié leſdites poſitions, pour eſtre diſputées & par

luy ſouſtenuës en ſon Acte de grande Ordinaire, dont il ſe repent & en demande pardon à Dieu, au Roy & à Iuſtice. Ce fait ſeront leſdites poſitions rompuës & lacerées : Fait ladite Cour inhibitions & deffences à tous Bacheliers d'en compoſer & preſenter de ſemblales, ne autres, contre la puiſſance du Roy & obeïſſance à luy deuë par tous ſes ſubjets : eſtabliſſement de l'Etat Royal & droicts de l'Egliſe Gallicane : Et au Doyen, Syndic & Docteurs de la Faculté de les receuoir, ne permettre qu'elle ſoient imprimées ou diſputées, ſur peine d'eſtre declarez criminels de leze Majeſte, & indignes de ioüir des priuileges octroyez à la Faculté de Theologie, par les Roys predeceſſeurs du Roy regnant, & confirmez par luy. Ordonne que ce preſent Arreſt ſera eſcrit és Regiſtres d'icelle Faculté, & leu par chacun an à la premiere Aſſemblée de la Sorbonne, par le bedeau de ladite Faculté : & enjoint au Syndic de

certifier ladite Cour de la lecture dans trois iours apres qu'elle aura eſté faite, ſur peine de deſobeïſſance aux Arreſts : Et ſera le preſent Arreſt executé par l'vn des Preſidents & quatre Conſeillers en ladite Cour, en la preſence du Procureur General du Roy. PRONONCE', & executé en la Salle de Sorbonne, le Mercredy dixneufiéme Iuillet, mil cinq cents quatre-vingts quinze : Collationné.

Signé VOISIN.

Digitized by Google

DE ECCLESIASTICA & Politica potestate.

CAPVT I.

Iurisdictio Ecclesiastica, primario ac essentialiter Ecclesiæ; Romano autem Pontifici, atque alijs Episcopis ministerialiter tantum, sicut facultas videndi oculo, conuenit.

VLGARE EST atque indubitatæ fidei axioma, Deum & naturam prius atque immediatius ad totum suppositum, quam ad aliquam partem suppositi quamuis nobilissimam, intendere: eamque ob causam, fa-

cultatem videndi, exempli gratia, toti datam esse homini, vt per oculum, tanquam per organum & ministrum hominis exerceretur: nam oculus per & propter hominem existit. Schola Parisiensis hoc infallibili munita firmamento, congruenter ad mentem omnium antiquorum doctorum Ecclesiæ, perpetuo constanterque docuit, Christum fundando Ecclesiam, prius, immediatius, atque essentialius, claues, siue iurisdictionem, toti dedisse Ecclesiæ quam Petro: seu quod eodem redit, *Claues toti contulisse Ecclesiæ, vt per vnum ministerialiter exercerentur.* Quandoquidem, tota iurisdictio Ecclesiastica, primario, proprie, ac essentialiter Ecclesiæ

conuenit : Romano autem Pontifici, atque aliis Episcopis, instrumentaliter, ministerialiter, & quo ad exequutionem tantum, sicut facultas videndi oculo. *Nemo itaque glorietur in hominibus, omnia enim vestra sunt*, id est Ecclesiæ, *siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue præsentia, siue futura : omnia enim sunt Ecclesiæ : Ecclesia autem Christi, Christus autem Dei.* 1. Corinth. 3.

DEMONSTRATIO CAPITIS I.

1. *Demonstratio duorum axiomatum, quibus probatur Christum toti Ecclesiæ claues Architectonice contulisse, vt per vnum ministerialiter exercerentur.*

2. *De similitudine oculorum, quibus Prælati & sedes Apostolica ab an-*

Digitized by Google

tiquis Patribus comparantur.

3. *Richerium, quando asserit claues datas toti Ecclesiæ, nomine Ecclesiæ ordinem Hierarchicum collectim sumptum intelligere.*

I. Libellus de Ecclesiastica & Politica potestate diuiditur in octodecim sectiones siue numeros, quos deinceps hac demonstratione capita vocabimus : quæ in modum catenæ sunt inter sese connexa, itaut à primo capite secundum, à secundo tertium, & sic deinceps pendeant. Verum, quia Concilium generale habet rationem totius perfectissime vniuersalem Ecclesiam repræsentantis : ideo in hoc opere Papa & alij Prælati distributim sumpti, tanquam partes ad totum, cum Ecclesia collectim sumpta, vel cum generali Concilio cõparantur. Caput primum duo complectitur axiomata, & similitudinem oculi, quæ omnia sigillatim explicabimus. Primùm axioma ducitur à naturæ proposito, sicque concipitur. *Deus &*

Digitized by Google

natura, quæ ſunt cauſæ vniuerſaliſſimæ, prius atque immediatius toti ſuppoſito, quam alicui parti ſuppoſiti licet nobiliſſimæ, ſuam perfectionem & complementum eſſentialiter conferunt: Nam generatio prius in totum quam in partem intendit. Ab hoc autem primo axiomate ſecundum, tanquam ſpecies à genere fluit, eſtque eiuſmodi: *Chriſtus Dominus fundando Eccleſiam, prius, immediatius, atque eſſentialius, claues aut poteſtatem Eccleſiaſticam toti ordini hierarchico indiuiſim & in commune, quam vni & ſoli Petro ſeorſim contulit:* Idque ſacræ ſcripturæ, & Patrum antiquorum teſtimoniis, capite ſecundo clariſſime demonſtrabitur: tantiſper Lector iudicium ſuum cohibeat, atque obſeruet duo hæc axiomata, communi Philoſophorum proloquio inniti, *propter quod vnumquodque tale, & illud magis.*

II. Iam tranſeo ad oculi ſimilitudinem, quâ peruigil Papæ, omniumque Paſtorum Eccleſiæ officium adumbrare volui poſt Patres

antiquos , S. Hilarium Commentar. in Pſalm. 138. *Apoſtoli itaque ait, qui Eccleſiæ , ideſt Chriſti corporis oculi ſunt, lucidi & ſimplices iubentur eſſe corpore toto lucido, his ſimplicibus manſuro.* Item *Can. Oues , 6. quæſt. 1. Epiſcopi oculi Eccleſiæ nominantur,* Anaſtaſius Bioliothecarius in præfatione octaui Concilij generalis in Romana editione Conciliorum : *Deinde ait , quia cum Chriſtus in corpore ſuo , quod eſt Eccleſia, tot Patriarchales ſedes , quot in cuiuſque mortali corpore ſenſus locauerit : Profecto nihil generalitati deeſt Eccleſiæ , ſi omnes illæ ſedes , vnius fuerint voluntatis : ſicut nihil deeſt motui corporis , ſi omnes quinque ſenſus integræ communiſque fuerint ſanitatis : intra quas videlicet ſedes , quia Romana præcellit : non immerito viſui comparatur : qui profecto cunctis ſenſibus præeminet ; acutior illis exiſtens , & communionem ſicut nullus eorum , cum omnibus habens.* Sane Cardinalis Belarminus mihi auctor extitit , non modo vt hac ſimilitudine oculi, verum etiam vt duobus memoratis axioma-

tibus vterer : quoniam lib. ſecundo de Conciliorum auctoritate cap. decimonono, argumenta Gerſonij & Scholæ Pariſienſis explicans, hæc proponit: *At contra inſtant, ait, ſemper potentia agendi principalius eſt in toto quam in partibus, quæ ſunt inſtrumenta totius: principalius enim dicitur homo videre quam oculus: quare cum Eccleſia incluſo etiam Papa, ſit quoddam totum; & Papa, ſit pars quædam, & inſtrumentum totius: ſequitur principalius ipſi conuenire Eccleſiæ ſummam poteſtatem Eccleſiaſticam quam Papæ.* Hæc ille, cui argumento reſpondet *ſe concedere Papam eſſe inſtrumentum corporis Eccleſiæ, & quoddam minus ipſo toto, vt nimirum in toto Chriſtum ipſum, vt ſuppoſitum includimus: quia Chriſtus eſt ſuppoſitum corporis Eccleſiæ inquit.* Quæ reſponſio, plane confirmat argumentum : quoniam Doctores Pariſienſes cum de Eccleſia diſputant, ſemper in ea Chriſtum, vt ſuppoſitum, & caput eſſentiale, & adeo quidem includunt, vt lege Euangelica ſtante, omnino impoſſibile ſit

Dominum cum Ecclesia sponsa facere diuortium : Quare Matthæi 18. *pollicetur se duobus etiam vel tribus Ecclesiam repræsentantibus, inque suo nomine congregatis, certissime adfuturum.* Equidem, sicut iure diuino naturali omnibus perfectis cõmunitatibus, & ciuili societati prius, immediatius, atque essentialius competit, vt seipsam gubernet quàm alicui homini singulari vt totam societatem & communitatem regat : similiter etiam, prius, immediatius, ac essentialius toti Ecclesiæ, aut regno Christi, sumpto pro Hierarchico ordine conuenit, vt seipsum regat, quam vt ab vno & solo Papa regatur. Quapropter Dominus voluit in eum finem Papam deligi ab Ecclesia : sicut videmus ordines regni Poloniæ sibi Regem cooptare, vt ab eo gubernentur secundum leges quas ei præscripserint : Hic enim præsertim quæstio est de statu, atque principatu electiuo, qualis est Ecclesia, & regnum Poloniæ. Quod autem vrget Belarminus, *Papæ auctoritatem*

ab extrinseco, ideſt à Deo, non ab Eccleſia manare: verum quidem eſt quo ad primam inſtitutionem: quia nemo alius à Chriſto eam potuit inſtituere: negatur vero quo ad conſeruationem, propagationem, & collationem: ex quo fit, vt ſede vacante Eccleſia nouum Pontificem eiuſdem omnino auctoritatis cum Petro deligat: eique ſacerdotium Chriſti, à quo omnis poteſtas Eccleſiaſtica profluit, conferat.

III. Porro, ex his duobus axiomatibus & ſimilitudine oculi, Magiſter Andræas Vallius occaſionem arripuit mihi grandem conflandi inuidiam: quia in Elencho ſuo comminiſcitur, me cum Luthero ſentire, *nimirum claues datas etiam laicis, baiulis, & cerdonibus.* Quam calumniam ſola lectio capitis ſecundi libelli de Eccleſiaſtica & Politica poteſtate propulſat: primum enim in argumento numeri ſecundi, hæc verbum de verbo leguntur: *Chriſtus immediate & per ſe claues ſiue iuriſdictionem ordini Hierarchico contulit, per*

Digitized by Google

immediatam & realem missionem omnium Apostolorum & discipulorum. Deinde in contextu capitis secundi, hæc concœpta sunt : *Enimuero cum Dominus noster cap. 16. Matthæi, verbo futuri temporis claues nomine totius Ecclesiæ B. Petro sic despondisset : & ego tibi dabo claues, &c. tum demum eas actu ordini Hierarchico confert, primùm Matthæi 18. vbi Ecclesiam sibi sufficientem & architectonicem ita constituit, Dic Ecclesiæ, &c. Secundo per realem missionem, &c. Quando igitur missio vera & realis est collatio iurisdictionis, auctore Apostolo 10. ad Rom. Quomodo prædicabunt nisi mittantur? Christus autem omnes Apostolos, atque discipulos, qui Episcopalem & Presbyteralem ordinem referebant, immediate, indiuidue, & collectiue misit, sicut à Patre suo, id-est cum iusta & spirituali auctoritate ad Ecclesiam gubernandam necessaria missus fuerat : Consurgit, totum ordinem Hierarchicum Episcopali & Sacerdotali ordine constantem, immediate, proportionate tamen, & subordinate, suam potestatem & Iurisdictionem, hoc est fa-*

cultatem regendi Eccleſiam à Chriſto deriuare: quemadmodum in Gallijs inferiores iudices ac Magiſtratus, quamquam ſubditi Parlamentis, æque tamen immediate auctoritatem ſuam à rege Chriſtianiſſimo mutuantur, quam ipſa Parlamenta. Hæc ibi: quæ liquido indicant Richerium, quando dicit claues datas Eccleſiæ, nominatim de Sacerdotali Eccleſia aut ordine Hierarchico loqui, cui ſoli Dominus ſacerdotium ſuum cum facultate regendi Eccleſiam credidit: vt infra amplius patebit: & hactenus de capitis primi explicatione.

CAPVT II.

Chriſtus, immediate & per ſe claues ſiue iuriſdictionem ordini hierarchico contulit, per immediatam & realem miſſionem omnium Apoſtolorum atque diſcipulorum.

ENIMVERO, cum Dominus noſter cap. 16. Mat-

thæi, verbo futuri temporis claues nomine totius Ecclesiæ B. Petro sic despondisset: *& Ego tibi dabo claues Regni cœlorum, &c.* tum demum eas actu ordini hierarchico confert, primum Matthæi 18. vbi Ecclesiam sibi sufficientem & architectonicen ita cõstituit, *dic Ecclesiæ, &c.* secundo, per realem missionem: *Designauit Dominus & alios* LXXII. *& misit illos binos ante faciem suam, in omnem ciuitatem & locum quo erat ipse venturus*, Lucæ 10. Similiter Ioannis 17. vers. 18. vbi paulo ante, vel statim post sacræ cœnæ celebrationem, Patrem suum pro Ecclesia sponsa hoc modo exorat. *Sicut me misisti in mundum, ita & Ego eos misi in mundum, & pro eis sanctifico meipsum, vt sint & ipsi*

ſanctificati in veritate, vt omnes vnum ſint, ſicut tu Pater in me, & Ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint, vt credat mundus quia tu me miſiſti, vt ſint conſummati in vnum, &c. Quibus verbis liquido demonſtratur, Chriſtum non tam vni & ſoli Petro, quam vnitati, infallibilem clauium poteſtatem detuliſſe: vt D. Cyprianus, & Auguſtinus confirmant, 24. *quæſt. 1. can. quodcumque, can. loquitur, can. Alienus*; Addendum cap. 20. Ioannis verſ 21. *Sicut miſit me Pater, & Ego mitto vos: Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, &c.* Quando igitur miſſio vera & realis eſt collatio iuriſdictionis, auctore Apoſtolo 10. ad Romanos, *quo modo prædicabunt niſi mittan-*

tur? Christus autem, omnes Apostolos atque discipulos, qui Episcopalem & presbyteralem ordinem referebant, immediate, indiuidue, & collectiue misit, sicut à Patre suo, id est cum iusta, & spirituali auctoritate ad Ecclesiã regendam necessaria, missus fuerat: Consurgit, totum ordinem hierarchicum, Episcopali & Sacerdotali ordine cõstantem, immediate, proportionate tamen atque subordinate, suam potestatem & iurisdictionem, hoc est, *facultatem regendi Ecclesiam*, à Christo deriuare: quemadmodum in Galliis, inferiores iudices ac Magistratus, quanquam subditi Parlamentis, æque tamen immediate auctoritatem suam à Rege Christianissimo

mutuantur, quam ipsa Parlamenta. *Nam, quæ sunt à Deo ordinata sunt.* Romanorum 13. nequaquam vero ordinata forent, nisi aliqua, & inter ipsos Magistratus, & inter Ecclesiasticos, subordinatio decurreret. Adiunge D. Pauli testimonium Act. 20. *Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei.* Quo doctrinam, D. Bernardus lib. 3. de Consideratione ad Eugenium cap. 10. mirum in modum illustrat: *Erras*, inquit, *si vt summam, ita & solam institutam à Deo vestram Apostolicam potestatem existimas: si hoc sentis dissentis ab eo qui ait, non est potestas nisi à Deo: proinde quod sequitur, qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, etsi principali-* Roman. 13.

ter pro te facit, non tamen ſingulariter. Denique idem ait, Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non ait ſublimiori tanquam in vno, ſed ſublimioribus tanquam in multis. Non ergo tua ſola poteſtas à Domino, ſunt mediocres, ſunt & inferiores: Et quomodo quos Deus coniunxit non ſunt ſeparandi, ſic nec quos ſubiunxit comparandi. Monſtrum facis, ſi manui ſubmouens digitum, facis pendere de capite, ſuperiorem manu, brachio collateralem. Tale eſt, ſi in Chriſti corpore, membra aliter locas quam diſpoſuit ipſe, qui poſuit in Eccleſia, quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam Prophetas, alios vero Euangeliſtas, Paſtores, & alios Doctores, ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti: Lector diligens videat integrum ca-

Epheſ. 4.

put.

put. Quod si forte reclament, hanc potestatem, quam Christus immediata missione concessit discipulis, non tam spectare ad iurisdictionem exterioris quam interioris fori: Oppones, cunctos Patres antiquos Ecclesiæ, id absolute interpretari, de quacunque potestate ad Ecclesiam regendam necessaria, tam in interiore, quam in exteriore foro: atque illis multo magis habendam esse fidem, quam istiusmodi argutis recentiorum distinctionibus, quas de industria meditantur, vt sua priuilegia, & extraordinarias missiones, in iuris communis perniciem, facilius tueantur, ac dilatent. Adde quod, summa totius externæ iurisdictionis, in facultate excommuni-

candi conquieſcit : quamquidem immediate creditam fuiſſe Eccleſiæ à Chriſto, demonſtrabitur capite 6. Forſan cauſabuntur, poteſtatem iuriſdictionis, primitus quidem inſtitutam & collatam Eccleſiæ à Chriſto, ſed ea lege, vt poſtmodum per Romanos Pontifices, Petri ſucceſſores, propagaretur, atque aliis Epiſcopis communicaretur : eamque ob cauſam, omnem auctoritatem iſtinc hodie repeti ac deriuari. Reſpondebis, praxi Eccleſiæ primitiuæ, & ſacris canonibus, exploratiſſimum eſſe, collationes beneficiorum, ſicut nunc eas vocitant, quadringentis & mille annis, communi iure, hoc eſt ſacroſanctis electionibus, factas : ratio eſt,

quoniam *Omnis principatus, quo ad vim coactiuam, ab hominum consensu pendet*, vt lex diuina & naturalis confirmant : quas aduersum, neque spatia temporum, neque priuilegia locorum, neque dignitates personarum, vnquam præscribere poterunt. Hoc iacto & præmisso fundamento, sequentia principia directe & necessario colligimus.

DEMONSTRATIO CAPITIS II.

1. *Christum sex loquendi formulis Iurisdictionem Ecclesiasticam significare & conferre : eamque pridem ante ordini Hierarchico in commune quam B. Petro seorsim contulisse.*

2. *Communicationem Sacerdotij Christi factam toti Ecclesiæ in commune, esse velut causam efficientem Iurisdictionis Ec-*

cleſiaſticæ : adeo vt facultas clauium, ligandi & ſoluendi , remittendi atque retinendi peccata, paſcendique oues Chriſti, & omnes aliæ dotes poteſtatis Eccleſiaſticæ ad ſacerdotium Chriſti , tanquam ad cauſam phyſicam referantur.

3. *Sacerdotium Chriſti, eſſe velut animam Eccleſiæ militantis , totamque in toto ordine Hierarchico , & totam in quolibet Epiſcopo & Preſbytero habitare; atque pro diuerſitate organizationis Hierarchici ordinis , iuxta Papalem , Epiſcopalem , & Preſbyteralem dignitatem, diuerſa ſortiri miniſteria , & functiones Hierarchicas.*

4. *Iuriſdictionem Eccleſiaſticam habitu , & in actu ſignato, vna cum ordine Epiſcopali & Preſbyterali conferri.*

5. *Patrum antiquorum & Doctorum Catholicorum teſtimonijs demonſtratur , Chriſtum prius atque immediatius claues toti Eccleſiæ in commune , quam ſigillatim vni Petro dediſſe : nimirum auctoritate Hieronymi, Baſilij, Ambroſij, Auguſtini , Gregorij Magni, Facultatis Pariſienſis, Toſtati, Cardinalis Alliaceni, Gerſonij, Cuſani, & Belarmini.*

6. *De ſupremo Eccleſiæ tribunali; cuius erectione Dominus Eccleſiam Architectonicen & ſibiipſi ſufficientem conſtituit Matthæi 18.*

7. *Locus Cypriani & Auguſtini Can. Quodcumque. Can. loquitur, & Can. Alienus 24. quæſt. 1. ab aduerſariorum Elenchis vindicatur.*

8. *Quonam ſenſu ſumma totius externæ Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ in facultate excommunicandi conquieſcere dicatur.*

9. *Atque collationes beneficiorum quadringentis & mille annis communi iure & ſacris electionibus continuaſſe perhibeantur.*

10. *Sacras electiones, quo ad eſſentiam, iuris eſſe diuini & naturalis.*

11. *Qua notione dictum ſit à Richerio, nullam aduerſus ſacras electiones decurrere præſcriptionem: & de duplici via propagandorum Paſtorum Eccleſiæ.*

12. *Hoc proloquium, Omnis principatus quo ad vim coactiuam ab hominum conſenſu pendet: ab aduerſariorum calumnijs defenditur.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

I. HOc capite euidentissimis scripturæ & Patrum testimoniis veritas duorum axiomatum capite præcedenti positorum roboratur, & illustratur: vtque à lege Euangelica probandi initium faciamus, Christus sex loquendi formulis Iurisdictionem aut potestatem Ecclesiasticam designauit, suisque discipulis contulit: *nimirum facultate claudendi & aperiendi cœlum: 2. Potestate soluendi & ligandi peccatores: 3. Immediata missione Apostolorum atque discipulorum: 4. Sacerdotij sui communicatione: 5. Auctoritate remittendi ac retinendi peccata: 6. Iure pascendi oues Christi.* Quibus ex scripturæ locis, vltimo dempto, explendescit, Dominum ante & post resurrectionem suam, semper toti Ecclesiæ sacerdotali, quam Apostoli & discipuli referebant, indiuisim & collectim, potestatem aut iurisdictionem multo prius detulisse quam aliquid separatim ab aliis Petro impartiretur. Quandoquidem Matthæi 16. Dominus nihil confert, sed vt in

textu libri de Eccleſiaſtica & Politica poteſtate obſeruatum eſt, verbo futuri temporis claues S. Petro nomine totius ordinis Hierarchici, quem ob primatum ſuum Petrus referebat, ita pollicetur: *Tibi dabo claues regni cælorum: quodcumque ligaueris, &c.* Hic autem maxime dignum notatione, cunctos Patres docere eadem plane vi, & ſenſu, dictum aliis Apoſtolis quam Petro, *quodcumque ligaueris, & ſolueris*, teſte ipſo Maldonato, cap. 16. in Matthæum vbi illa verba explicat: *Nec enim eodem ſenſu quo Petro atque aliis Apoſtolis dictum interpretor quodcumque ligaueris, & ſolueris ſuper terram: etſi video omnes auctores præter Originem, in ea fuiſſe ſententia*, inquit Maldonatus: cui vni obnoxio, an æquum ſit potius quam omnibus antiquis Patribus credere, Lector iudicabit. Verum Matthæi 18. ſupremum Eccleſiæ tribunal, ad ſacerdotij ſui exercitium Dominus ita erigit, vt cum aliud corrigendi remedium Eccleſia non haberet, eo quidem defetren-

tur, & vocarentur peccatores: & si forsam obdurescerent, neque sacerdotio Christi obtemperarent, spirituali exilio multarentur. *Si peccauerit inte frater tuus, dic Ecclesiæ, &c. Amen dicõ vobis, quæcumque ligaueritis super terram erunt ligata & in cœlo, &c.* Omnes autem Apostolos atque discipulos, qui tum sacerdotalem Ecclesiã efficiebant, & repræsentabant, alloquitur: sed de hoc textu infra amplius. At immediatam missionem, ex Regum & Principum solemni more atque instituto, Dominus efficit: quia Apostolos & discipulos, cum iusta & necessaria auctoritate in mundum vniuersum ablegat: sicut Principes seculi oratores, legatos, & proreges suos in exteras prouincias mittere consueuerunt. Itaque hæc missio veram & realem habet collationem potestatis, aut iurisdictionis, Roman. 10. *Quo modo prædicabunt nisi mittantur?* idque schola Parisiensis, *quam hic velut regulam sequor*, sic decernit in Censura propositionum Magistri Ioannis Sarrazin,

Sarrazin, quinta propoſitione: *Ex textu Euangelij, & doctrina Apoſtolorum, habetur expreſſe Apoſtolis, & diſcipulis à Chriſto miſſis, auctoritatem iuriſdictionis fuiſſe collatum,* Quam miſſionem Chriſtus ante ſuam paſſionem inchoauit, Matthæi & Lucæ 10. & Ioannis 17. verſ. 18. *Sicut tu me miſiſti in mundum, ita & ego eos miſi in mundum, & pro eis ſanctifico meipſum, &c.* Deinde poſt reſurrectionē omnibus eam numeris abſoluit, Ioannis 20. *Sicut miſit me Pater & ego mitto vos: Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, &c.* Item Matthæi & Marci vltimo, *Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ, &c.* Cunctos autem Apoſtolos & diſcipulos affatur: notabit autem Lector, omnes Patres & Doctores hunc textum Ioannis, *Sicut miſit me Pater & ego mitto vos*, interpretari de ordinaria Eccleſiæ auctoritate ad Epiſcopos, & Preſbyteros ſucceſſores Apoſtolorum tranſmiſſa: non autem de extraordinaria poteſtate A-

poſtolatus, vt Turrecremata, Caietanus, Bellarminus, & alij obnoxij fruſtra perſuadere volunt: quorum conatus eo ipſo ruit, quod tota hæc miſſio, & poteſtas, quãta quanta eſt, ſacerdotio Chriſti, velut cauſæ efficienti vniuocæ incũbat: & continuo eiuſdem eſt plane virtutis, & auctoritatis in Eccleſia, vſque ad conſummationem ſæculi; quia tandiu ſacerdotium Chriſti perennabit. Et niſi ita foret, hodie poteſtas Eccleſiaſtica non eſſet eiuſdem ſpeciei, & naturæ, quæ fuit in Apoſtolis. Sequitur deinceps collatio ſacerdotij Chriſti Lucæ 22. *Hoc facite in meam commemorationem:* quod in commune & indiuiſim omnibus creditum Apoſtolis nemo ambigit: eoque vna neceſſariam iuriſdictionem collatam infra docebimus. Succedit & facultas remittendi atque retinendi peccata Ioannis 20. *Accipite Spiritum ſanctum quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, &c.* Et ita clarum atque indubitatum euadit, poteſtatem Eccleſiaſticam indiuiſim & in commune,

prius toti hierarchico ordini collatam à Christo, quam aliquid B. Petro sigillatim, aut priuatim conferret: illum enim omnium vltimo sic affatur *Petre amas me, pasce oues meas, pasce agnos meos, Ioannis 21.* quo de loco statim cap. 4.

II. Cæterum vt hæc à priori pateant, *quando posito, vel translato sacerdotio, vna quoque legis auctoritas necessario ponitur vel transfertur, cap. 7. ad Hæbræos: Christus vero tanquam sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Psal. 109. Hebræorum 5. & Matthæi 28. *omnem habet in cœlo & in terra potestatem*: estque fons, origo, & causa efficiens totius iurisdictionis Ecclesiasticæ, atque omnium charismatũ, & sacramentorum: certe relinquitur Christi sacerdotium ordini hierarchico indiuisim communicatum, esse causam efficientem secundariam totius potestatis & iurisdictionis Ecclesiasticæ, omniumque sacramentorum, & charismatum: adeo vt Papalis, Episcopalis, & Presbyteralis auctoritas, facultas

claudendi & aperiendi, ligandi & ſoluendi, retinendi ac remittendi peccata, immediata quoque miſſio, cum iure paſcendi oues Chriſti, ad ſacerdotium Domini, tanquam effectus ad cauſam, proprietates ad ſubiectum, potentiæ intelligendi, volendi, & reminiſcendi ad animam rationalem, neceſſario referantur, eoque includãtur; *quia in vnoquoque genere vnum eſt primum, quod eſt cauſa atque exemplar cæterorum.* Ex quo fit, vt eiuſmodi dotes, & proprietates clauium, aut iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, nullomodo ſeparabiles ſint à Chriſti ſacerdotio, ſaltemquo ad habitũ, & in actu ſignato. Quare ſicut anima rationalis tota eſt in toto & tota in qualibet parte corporis organici, ac pro diuerſitate organorũ, actiones natura quidẽ diſtinctas obit in humano corpore: ſimiliter in toto ordine hierarchico, vnum eſt natura, ſpecie, ac vniuoce Chriſti ſacerdotium, totum in ordine hierarchico, & totum in quolibet Epiſcopo, atque Preſbytero ſingulari: proque

varietate organizationis & materiæ ſubiectæ diſtinguitur, variaſque operationes in Papa, Epiſcopis, & Preſbyteris perficit. Quæ organizationis differentia, in Eccleſia ſacerdotali à Chriſto inſtituta eſt, partim erectione Primatus in B. Petro, partim ordinis hierarchici diſtinctione in Apoſtolos, atque LXXII. diſcipulos: quibus Epiſcopi & Preſbyteri iure diuino ſucceſſerunt, vt mox probabitur. Quam demonſtrationem Cardinalis Cuſanus omium optime illuſtrat, lib. priore de Concordantia cap. 10. Sacerdotium inquit, *eſt vt anima vna in vno corpore fidelium, quæ membris communicat viuificationem, vegetationem, & ſenſationem: & iuxta graduationem membrorum quibus præſidet, gradum in præſidentia cathedrali ſortitur.* Item lib. 2. cap. decimonono, viam & rationem deſignat, qua iuriſdictio habitualis (quæ vna cum ordine ſacerdotali confertur, vt omnes docent Theologi) tranſit in actum ſeu exercitium: *Sicut prahabitum eſt ſuperius,*

Digitized by Google

inquit, *Sacerdotium est vt anima in Ecclesia militante: anima autem secundum eius motiuam, & sensitiuam partem considerata, educitur de potentia materiæ: secundum autem rationalem eius partem considerata, à Deo est: sic sacerdotium capit ab inferiori populo fidelium illam præsidentialem motiuam, vegetatiuam, & sensitiuam potestatem: quæ potestas exit de potentia materiæ subditorum per voluntariam subiectionem: à Deo autem per sacramenta capit potestatem rationalis animæ, quæ de sursum venit: vt sic possit in duplici concordia suprema potestas per medium elicitæ ac traditæ potestatis influere in corpus subiectorum, quæ ad salutarem vnionem cum Christo capite perficiuntur.* Item lib. tertio cap. 41. *Consideret Romanus Pontifex, si sacerdotium est vt anima vna, quæ est tota in toto, & tota in qualibet eius parte, quod tunc exequutiones potestatum, quo ad decretam prouinciam secundum plus & minus, quum ab extrinseco dependeant, non diminuunt spiritualem potestatem in se: vnde sicut anima ipsa in pede hominis non est maior*

nec minor, propter vitam quam pedi præstat, ipsamet anima quæ in capite vel in corde residet: sic ipse Papatus se habet vt anima in capite: & Patriarchatus vt anima in auribus vel oculis: & Archiepiscopalis dignitas, vt anima in brachiis: & Episcopalis vt in digitis, & sic de singulis vsque ad pedes, qui in republica plures designant: vnde anima eis vitam præstans, Curatos recte significat. Vna est ergo à Deo omnium ligandi, soluendi, ac viuificandi potestas, licet illa ex parte membrorum, alia atque alia, maior & minor videatur. Hucusque Cusanus, cuius collectio ducta videtur à cap. 12. ad Romanos, & prioris ad Corinthios, vbi Apostolus perhibet *Ecclesiæ corpus non vnum membrum sed multa efficere: atque vnum & eundem Spiritum per Christi sacerdotium, & dispensationem Spiritus sancti, singulis diuidere prout vult.* Quibus cogitate perpensis claret, *cur Theologi asserant, quemcumque simplicem sacerdotem obuium in casu necessitatis, tantumdem habere auctoritatis quam ipsummet Papam.* Hinc pariter magna lux afful-

get teſtimonio Apoſtoli Actorum 20. *Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.* Quandoquidem, Epiſcopi vna cum Epiſcopali ordine, immediate, ex æquo, & in ſolidum, ſuam à Deo poteſtatem deriuant: quia habitualem Iuriſdictionem cum ordine Epiſcopali conſequuntur; neque vt ad actum aut exercitium illam deducant, quicquam aliud illis præter materiam & populum regendum, deeſt. Claret etiam cur S. Cyprianus *Can. loquitur* 24. *quæſt.* 1. dixerit, *vnum eſſe Epiſcopatum, eiuſque à ſingulis Epiſcopis in ſolidum partem teneri:* & B. Hieronymus *diſt.* 93. *Can. legimus*, vniuerſos Epiſcopos eiuſdem eſſe meriti, ac ſacerdotij, §. *vbicumque fuerit Epiſcopus, ſiue Romæ, ſiue Eugubij: ſiue Conſtantinopoli, ſiue Rhegij: ſiue Alexandriæ, ſiue Tanis, eiuſdem eſt meriti, eiuſdem eſt & ſacerdotij Potentia diuitiarum, & paupertatis humilitas, vel ſublimiorem, vel inferiorem Epiſcopum*

non facit: Caterum omnes Apoſtolorum ſucceſſores ſunt. Iſtinc quoque liquet, *omnes Epiſcopos ex æquo & in ſolidum eſſe gratiâ Dei Epiſcopos, ſicut & Papam:* Item cur Theologi doceant, vnum atque eundem eſſe ſpecie ordinem, & characterem in Epiſcopis, ac Preſbyteris: & ſolummodo ampliatione aut extenſione differre: ſicut vir à ſeipſo differt cum eſſet puer. Similiter procliue eſt dignoſcere, cur communi Theologorum IV. ſententia precrebuerit, Claues aut Iuriſdictionem Eccleſiaſticam formaliter, virtualiter, radicaliter, habitu, & in actu ſignato, per ordinem Epiſcopalem, aut Preſbyteralem conferri: & reduci ad actum aut exercitium per tituli aut materiæ collationem; dum Epiſcopo Diœceſis, aut Preſbytero paroœcia gubernanda traditur. Gerſonius de Poteſtate Eccleſiaſtica conſideratione quinta: *Aduertendum ait, quod poteſtas Iuriſdictionis quæ radicaliter fundatur in poteſtate ordinis Sacerdotalis & Epiſcopalis, dum in ſua generalitate con-*

ſideratur, reſpicit multipliciter corpus Chriſti myſticum, quod eſt fidelium Eccleſia: quos fideles, oportet ſecundum tres actus Hierarchicos regere: qui ſecundum Dionyſium ſunt purgare, illuminare, & perficere. Idem Conſideratione 10. *Supponitur primo, quod licet aliquis poſſit eligi in Papam non Sacerdos, ſicut eligitur aliquis in Epiſcopum, ipſe nihilominus appellari non poteſt aut debet ſummus Pontifex niſi fuerit in Sacerdotem & Epiſcopum conſecratus: & quamuis ex electione poſſet aliquid Iuriſdictionis habere, non tamen ante conſecrationem in Epiſcopum plenitudinem Eccleſiaſticæ poteſtatis, tam ordinis, quam Iuriſdictionis vtriuſque, quod perſpicuum eſt ex terminis.*

Toſtatus Abulenſis Epiſcopus, quæſtione ſeptuageſima quarta in caput decimum ſextum Matthæi, *Clauis ait, quæ eſt poteſtas ſpiritualis, in ordine datur: Iuriſdictio autem non datur in ordine, ſed tunc quando datur materia, id eſt plebs ſubdita, &c. Antequam autem habeat ſacerdos materiam ſubditam, claues quidem habet, ſed*

Digitized by Google

non poteſt illas exercere, quia non habet materiam: & ita eſt ſacerdos ſimplex, & talis non vocatur iudex Eccleſiaſticus. Porro, dum hic perhibet Iuriſdictionem non dari in ordine ſed quando datur materia, loquitur de actuali non de habituali Iuriſdictione, quæ cum ipſo ordine confertur. Nauarrus *de Pœnitentia diſtinct. ſexta cap. placuit*, à numero quadrageſimo ad quadrageſimum octauum: *Sed contra hoc facit, quod omnis Sacerdos claues ambas cum ipſo ſuſcipit ordine: clauem ſcilicet poteſtatis, & clauem ſcientiæ: quæ non eſt ſcientia, ſed poteſtas cognoſcendi: & ita Iuriſdictio quædam, vt declaratur in Extrauagante Ioannis* XXII. *Quia quorumdam, &c. Et ideo ex ipſa ordinis natura, ſacerdos eſt iudex omnium qui voluerint illi confiteri: quemadmodum ex ordinis natura habet conſecrandi poteſtatem. Ergo non poteſt Papa aut alius Prælatus, alteram harum poteſtatum magis quam alteram reſtringere. Facit quod Paludanus ait, nullum Confeſſarium, quicumque ſit ille, cum abſolnit, dicere debere auctoritate Epiſcopi vel*

Curati te absoluo, &c. Eo modo quo est auctoritas in homine, apud omnem peraque est Sacerdotem: Sed superior dat materiam, non tamen aliquam potestatem, nisi quando primo ordinat eum: sicut enim Princeps dat alicui artifici licentiam vtendi arte sua, puta medicina, quod non est ei dare artis potestatem, sed laxare materiam: sic conferuntur ordines, & audiuntur Confessiones in parœcijs aliorum de licentia eorum: Hæc Nauarrus. Deinde aliquanto post, ad quartam difficultatem quam exciuit, ita respondet: Puta *Romanum Pontificem non posse quidem Iurisdictionem vel potestatem absoluendi ipsis Presbyteris tollere, sed posse illis materiam in qua illam exerceant substrahere: Et sicut vino & pane substractis, Presbyter non consecrat, neque sine aqua baptizat, ita substracto populo à subiectione alicuius Presbyteri, substrahitur quoque illi materia in quam soluendi potestatem exerceat: & ita non absoluit quod commune est omnibus alijs sacramentis.*

Alphonsus à Castro lib. secundo de iusta Hæreticorum punitione

cap. vigesimo quarto, paulo ante medium: *At quod Episcopus potestatem Iurisdictionis habeat, ex solo diuino pendet iure non humano: Ex iure diuino hanc habet potestatem factus Episcopus: sed iure humano fit illi hæc potestas determinata circa has aut illas oues sibi commissas: quæ aliquando est latior, aliquando breuior, penes hoc solum quod plures aut pauciores subditi illi tribuuntur. Et si contingat ob aliquod crimen Episcopum à Papa priuari Episcopatu suo, quod illi ob multa crimina recte facere posset, tunc Episcopus erit priuatus subditis, in quos Iurisdictionis potestatem exercere possit: sed non erit priuatus ea Iurisdictionis potestate quam in sua consecratione accepit. Quemadmodum diceremus de sacerdote habente beneficium, qui si priuetur beneficio, absoluere non potest, non propter defectum potestatis, sed quia non habet subditum super quem illam exerceat.*

Gabriel Vasquezius Presbyter sodalitij Iesu tomo secundo in primam secundæ, quæstione nonagesima quinta, disputatione centesima

quinquageſima ſecunda, capite tertio : *Dico inquit ; Epiſcopos accepiſſe proxime à Chriſto omnem Iuriſdictionem quam vocant actiuam , & veluti radicalem , tam in foro conſcientiæ vt abſoluerent à peccatis, quam in exteriori foro, vt iubeant, excommunicent, ac leges ferant in hac vita : eſt autem actiua Iuriſdictio poteſtas & facultas ius dicendi : hanc vero exiſtimo promiſſam fuiſſe Apoſtolis , & eorum ſucceſſoribus Matthæi 18. illis verbis , Quæcumque alligaueritis : id quod vnica ratione mihi nunc ſuadeo : Nam ſicut non poteſt Epiſcopus, imo nec Sacerdos in foro conſcientiæ rectè dicere, Ego te abſoluo à peccatis , poteſtate ad id mihi conceſſa à ſummo Pontifice (& ideo cogimur concedere facultatem ius dicendi & ſententiam ferendi conceſſam fuiſſe proxime à Chriſto Epiſcopis , & Sacerdotibus in foro conſcientiæ, quæ eſt actiua iuriſdictio) eadem ratione cum non poſſit Epiſcopus verè dicere , Ego te excommunico poteſtate mihi conceſſa à ſummo Pontifice (hoc enim ſolum poteſt dicere in caſibus quibus poteſtate delegata fungeretur) efficitur hanc*

actiuam poteſtatem proxime à Chriſto non à ſummo Pontifice accepiſſe. Igitur ſumma ſententiæ Vaſqueſij eo redit, vt vna cum Epiſcopali & Preſbyterali ordine, Epiſcopus & Preſbyter actiuam Iuriſdictionem, hoc eſt facultatem Iuridice agendi; paſſiuam autem, hoc eſt materiam & titulum ſacris electionibus aut alia via conſequantur.

Quod ſi forſan aliquis contendat, poteſtatem ordinis & Iuriſdictionis eſſe mutuo ſeparabiles, & de facto ſeparatas inueniri: cum experiamur Papam, aut Epiſcopum electum, qui non ſint Sacerdotes, poſſe tamen Iuriſdictionem exercere. Primo reſpondebis, quamquam poteſtas ordinis & Iuriſdictionis formaliter, obiectiue, & realiter diſtinguantur, & de facto ſeparatim aliquando exerceantur, vt omnes docent Theologi; nihilominus inde inferri non poſſe Iuriſdictionem formaliter, quoad habitum, & in actu ſignato, non dari vna cum Epiſcopali & Preſbyterali ordine:

ſed duntaxat colligi, Epiſcopum aut Preſbyterum, vage abſque certo titulo & populo ſibi ſubdito ordinatum, nullomodo poſſe Iuriſdictionem actiuam vna cum ordine ſacro adeptam in actum, atque exercitium redigere: ſicuti videmus Aurifabrum defectu materiæ, vaſa aurea vel argentea conflare, cudere, aut cælare non poſſe. Secundo dices Epiſcopum & Papam non Sacerdotes, in vim ſuæ electionis habere quidem materiam, & populum ſibi ſubditum: & propter Chriſti Sacerdotium ſibi proxime communicandum, aliquam exercere Iuriſdictionem, ex Eccleſiæ ratihabitatione. Quæ dicta ſufficiant, vt pateat Iuriſdictionem collatam Apoſtolis vna cum ſacerdotio Chriſti: atque etiam hodie Epiſcopis & Presbyteris per ſacros ordines formaliter, in actu ſignato, & quo ad habitum deferri.

V. Iam ſupereſt exploremus, quibuſnam & Patrum & Doctorum Catholicorum teſtimonijs comprobare queamus, *Claues aut Iuriſdictionem*

nem Eccleſiaſticam prius, atque immediatius toti Eccleſiæ ſaderdotali, quam vni & ſoli Petro ſeorſim collatam à Domino. Exordiar autem à S. Hieronymo lib. primo aduerſus Iouinianum circa medium: *At dicis ſuper Petrum fundatur Eccleſia, licet idipſum in alio loco* SVPER OMNES APOSTOLOS FIAT: *& cuncti Claues regni cælorum accipiant,* ET EX ÆQVO SVPER EOS ECCLESIÆ FORTITVDO SOLIDETVR: *tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite conſtituto, ſchiſmatis tollatur occaſio. Sed cur non Ioannes delectus eſt virgo? ætati delatum eſt, quia Petrus ſenior erat.*

S. Baſilius in Conſtitutionibus Monaſticis cap. 23. *Petre inquit, amas me plus his? paſce oues meas:* & OMNIBVS DEINCEPS PASTORIBVS AC MAGISTRIS EANDEM TRIBVIT POTESTATEM, *cuius quidem rei ſignum eſt quod omnes ſimiliter atque ille ligent & ſoluant.*

B. Ambroſius cap. 2. de dignitate ſacerdotali: *Cum Petrus tertio fuiſſet interrogatus, & trina reſponſione fuiſſet*

ſequutus, repetitum eſt à Domino tertio, Paſce oues meas : quas oues, & quem gregem, non ſolum tunc B. ſuſcepit Petrus, SED ETIAM NOBISCVM EAS SVSCEPIT, ET CVM ILLO EAS NOS SVSCEPIMVS OMNES: *vnde regendæ ſacerdotibus cum traduntur, merito Rectoribus ſuis ſubdi dicuntur.*

S. Auguſtinus inter omnes alios Patres tanquam coryphæus Theologorum, dogmatice ac vberrime hanc elucubrat diſputationem : cuius hic aliquot teſtimonia exhibebo: & primum Commentariis in Pſal. centeſimum octauum : *Sicut enim, ait, quædam dicuntur quæ ad Apoſtolum Petrum proprie pertinere videntur, nec tamen illuſtrem habent intellectum, niſi cum referuntur ad Eccleſiam; cuius ille agnoſcitur in figura geſtaſſe perſonam propter primatum quem in diſcipulis habuit: ſicut eſt tibi dabo claues regni cælorum, & ſi quæ ſunt eiuſmodi.* Quæ Auguſtini ſententia huic Philoſophorum effato innititur, *propter quod vnumquodque tale & illud magis.* Quo-

circa cuncti fauores, quos Dominus Petro defert, *vt tu es Petrus, tibi dabo Claues, quodcumque ligaueris & solueris, Pasce oues meas: Ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua, &c.* prius, atque immediatius de tota Ecclesia quam de vno & singulari Petro capiendi sunt, iuxta Augustini proloquium. Quî amplius lib. de Agone Christiano cap. 30. hoc ipsum ita comprobat. *Non enim sine causa inter omnes Apostolos huius Ecclesiæ Catholicæ personam sustinet Petrus.* HVIC ENIM CLAVES REGNI CÆLORVM DATÆ SVNT, CVM PETRO DATÆ SVNT, ET CVM EI DICITVR AD OMNES DICITVR, *Amas me, pasce oues meas.* Idem tractatu 50. in Ioannem de capite 12. quem locum Gratianus coniecit in suam Collectionem 24. *quæst.* 1. *can. Quodcumque. Si* IN PETRO NON ESSET ECCLESIÆ SACRAMENTVM, *non ei diceret Dominus tibi dabo claues regni cælorum, quæcumque solueris in terra soluta erunt & in cœlo. Si hoc Petro tantum dictum est, non facit hoc Ec-*

cleſia: ſin autem in Eccleſia ſit, vt quæ in terra ligantur in cœlo ligentur, & quæ ſoluuntur in terra ſoluantur in cœlo: quia cum excommunicat Eccleſia, in cœlo ligatur excommunicatus: cum reconciliatur ab Eccleſia, in cœlo ſoluitur reconciliatus: Si hoc ergo in Eccleſia ſit, PETRVS QVANDO CLAVES ACCEPIT ECCLESIAM SANCTAM, SIGNIFICAVIT. Quod hîc audis *in Petro eſſe Eccleſiæ ſacramentum:* duobus modis poteſt intelligi: primum quia Petrus Eccleſiam repræſentat, idque myſterium eſt aut ſacramentum: ſecundo quia facultas remittendi atque retinendi peccata, maximum eſt Eccleſiæ ſacramentum, propter quod lex gratiæ inſtituta eſt. Cæterum amplius infert Auguſtinus, ideo datam Petro eiuſmodi poteſtatem, quia Chriſtus eam contulit Eccleſiæ, quam Petrus repræſentabat; cum Dominus Petro dixit *Tibi dabo claues:* quaſi diceret, *propter quod vnumquodque tale & illud magis.*

Idem tractatu 118. de capite 19.

Ioannis, Hieroglyphico veſtis inconſutilis Domini, vnitatem & pacem Eccleſiæ mirum in modum ita commendat. *Inconſutilis autem, ne aliquando diſſuatur, & ad vnum peruenit, quia in vnum omnes collegit: ſicut in Apoſtolis, cum eſſet etiam ipſe numerus duodenarius ideſt, quadripartitus in ternos, & omnes eſſent interrogati, ſolus Petrus reſpondit; Tu es Chriſtus Filius Dei viui, & ei dicit, Tibi dabo claues regni cœlorum, tanquam ligandi & ſoluendi ſolus acceperit poteſtatem,* CVM ET ILLVD VNVS PRO OMNIBVS DIXERIT; ET HOC CVM OMNIBVS TANQVAM PERSONAM GERENS IPSIVS VNITATIS ACCEPERIT: IDEO VNVS PRO OMNIBVS, QVIA VNITAS EST IN OMNIBVS.

Idem ſermone decimo tertio de verbis Domini, iuxta editionem ſocietatis Pariſienſis anni 1586. *Interrogante & dicente Domino, vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondit Petrus, Tu es Chriſtus Filius Dei viui:* VNVS PRO MVLTIS DEDIT RESPON-

SVM, VNITAS IN MVLTIS, &c. At ſermone 188. de diuerſis in feſto SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, quæcumque ſparſim de hac re in diuerſis operibus docuit, quaſi in faſciculum ita colligit : *Dominus Ieſus diſcipulos ſuos ante paſſionem ſuam, ſicut noſtis, elegie, quos Apoſtolos appellauit: inter hos pene vbique ſolus Petrus* TOTIVS ECCLESIÆ MERVIT GESTARE PERSONAM : *propter ipſam perſonam quam totius Eccleſiæ ſolus geſtabat audire meruit, Tibi dabo claues regni cœlorum: has enim claues* NON HOMO VNVS, SED VNITAS ACCEPIT ECCLESIÆ: *Hinc ergo Petri excellentia prædicatur, quia ipſius vnitatis & vniuerſitatis Eccleſiæ figuram geſſit, quando ei dictum eſt Tibi dabo claues,* QVOD OMNIBVS TRADITVM EST. *Nam vt noueritis Eccleſiam accepiſſe claues regni cœlorum, audite in alio loco quid Dominus dicat omnibus Apoſtolis ſuis: Accipite Spiritum ſanctum, & continuo ſi cui dimiſeritis peccata dimittentur, & ſi cui tenueritis tenebuntur: hoc ad claues pertinet,*

Digitized by Goog

de quibus dictum est, quæ solueritis in terra soluta erunt & in cœlo, &c. Sed hoc Petro dixit, vt sciatis QVIA PETRVS VNIVERSALIS ECCLESIÆ PERSONAM TVNC GEREBAT: *Audi quid ipsi dicatur, quid omnibus fidelibus Sanctis: Si peccauerit in te frater tuus, corripe illum inter te & ipsum solum: si te non audierit, adhibe vnum vel duos, &c.* Hic obseruas ex mente Augustini, clausulam hanc, *Accipite Spiritum sanctum quorum remiseritis peccata, Ioannis 20.* ad facultatem ordinariam claudendi atque aperiendi cœlum pertinere: & continuo, claues omnibus Apostolis indiuisim, & in commune creditas, antequam Petrus hæc audiret à Domino, *Pasce oues meas*, Ioannis vltimo.

Idem Augustinus sermone CVI. de diuersis *Eia fratres aliquid pro tempore volo dicere: quod Petro commendatum est, quod Petro mandatum est,* NON PETRVS SOLVS, SED ETIAM ALII APOSTOLI AVDIERVNT, TENVERVNT, SERVAVERVNT: *maximeque ipse consors sanguinis Dei*

Apoſtolus Paulus : audierunt iſta, ET AD NOS AVDIENDA TRANSMISERVNT: PASCIMVS VOS, PASCIMVR VOBISCVM, &c. Deinde verſus finem: ERGO COMMENDAVIT NOBIS DOMINVS OVES SVAS, QVIA PETRO COMMENDAVIT: *ſi tamen ex aliqua parte vel extrema, digni ſumus puluerem veſtigiorum Petri calcare. Commendauit nobis oues Dominus, oues ipſius eſtis,* VOBISCVM OVES SVMVS, IAM DIXIMVS, PASCIMVS ET PASCIMVR.

Quæ ſententia clare docet, quonam ſenſu accipi debeat quod Auguſtinus cum omnibus aliis Patribus tam ſæpe frequentat, ſcilicet *Petrum nomine totius Eccleſiæ claues accepiſſe, totamque Eccleſiam, etiam pro omnibus fidelibus ſumptam, repræſentaſſe:* quoniam ſi Petrum materialiter, vt Chriſtianum & membrum corporis Eccleſiæ capiamus, profecto cunctos fideles repræſentat, qui ſunt materia & ſubiectum in quo poteſtas clauium, & actus Hierarchici

chici exercentur: si vero formaliter tanquam Pastorem & principem Apostolorum considéremus, totum quidem ordinem Hierarchicum refert, cui Dominus facultatem pascendi oues Christi, & regendi Ecclesiam credidit: Quare S. Augustinus *Oues ipsius estis, vobiscum oues sumus, iam diximus, pascimus & pascimur.*

S. Gregorius Magnus lib. sexto cap. tertio expositionis in librum primum Regum, explicans caput 15. *Nam quod antiquis nusquam dicitur:* MODO VNIVERSALI ECCLESIÆ DICITVR. *Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cœlis.*

Venio ad facultatem Parisiensem in propositionibus editis contra assertiones fratris Ioannis Sarrazin, Anno 1429. *Prima propositio, Omnes potestates Iurisdictionis Ecclesiasticæ aliæ à Papali potestate, sunt ab ipso Christo, quantum ad institutionem, & collationem primariam: à Papa autem & Ec-*

cleſia quantum ad limitationem & diſpenſationem materialem.

Secunda, huiuſmodi poteſtates ſunt de iure diuino, & immediate inſtitutæ à Deo.

Tertia, inuenitur in ſacra ſcriptura Chriſtum Eccleſiam fundaſſe, & poteſtates alias à Papali expreſſe ordinaſſe.

Quarta veritas, Quandocumque in aliquo Concilio aliqua inſtituuntur, tota auctoritas dans vigorem ſtatutis, reſidet non in ſolo ſummo Pontifice, ſed principaliter in Spiritu ſancto, & Catholica Eccleſia.

Quinta, ex textu Euangelij, & doctrina Apoſtolorum; habetur expreſſe Apoſtolis & diſcipulis à Chriſto miſſis, auctoritatem Iuriſdictionis fuiſſe collatam.

Sexta, dicere inferiorum Prælatorum poteſtatem Iuriſdictionis, ſiue ſint Epiſcopi, ſiue Curati eſſe immediate à Deo, Euangelicæ & Apoſtolicæ conſonat veritati.

Septima, aliqua poteſtas, ſcilicet poteſtas Eccleſiæ, de iure poteſt aliquid. & in certis caſibus, contra ſummum Pontificem.

Digitized by Google

Cui decreto ſcholæ nobiliſſimæ, Toſtati doctiſſimi teſtimonium adiungam: quiquidem in propriis terminis, primum & ſecundum caput libelli de Eccleſiaſtica & Politica poteſtate explanat, & roborat, Commentariis in caput xv. numerorum, quęſtione quadrageſima octaua: vbi diſputat *An communitas ſeu Eccleſia poſſit habere exercitium Iuriſdictionis: & an Chriſtus dederit claues ſoli Petro ſpecialiter, vel toti Eccleſiæ: & quo modo transfertur auctoritas clauium de vno Prælato in alium.* Statuitque dum ſcriptura dicit *hominem qui Sabbatho ligna colligebat, coniectum fuiſſe in carcerem à multitudine, hoc in eam partem capi non debere, quod populus aut tota multitudo illum incluſerit: Quia inquit, ipſa multitudo non habet Iuriſdictionem, cum Iuriſdictio ſecundum actum non poſſit cadere in communitatem, ſed in perſonam determinatam: quia Iuriſdictio requirit actus, vt iudicare, & imperare: Cõmunitas autem cum non ſit aliquid vnum proprie ſed per accidens, vt aceruus lapidum, non poteſt*

exercere actus aliquos : imo impossibile est in communitate esse Iurisdictionem secundum actum: EST TAMEN IVRISDICTIO SECVNDVM ORIGINEM IN COMMVNITATE, ET SECVNDVM VIRTVTEM: *quia omnes personæ accipientes Iurisdictionem, ex virtute communitatis accipiunt: quia ipsæ possunt per se iudicare: communitas autem non. Ita autem videtur de clauibus Ecclesiæ,* QVIA ILLÆ DATÆ SVNT A CHRISTO TOTI ECCLESIÆ: *quia tamen non poterat tota Ecclesia dispensare illas, cum non esset aliqua persona,* TRADIDIT EAS PETRO NOMINE ECCLESIÆ. *Si tamen intelligeretur claues traditas esse Petro specialiter, non solum sequeretiur inconueniens commune quod inducitur: scilicet quod alij Apostoli non habuissent aliquam auctoritatem clauium, quod falsum est: quia illis data est potestas remittendi peccata, vt patet Ioannis 20. cap. scilicet: Accipite Spiritum sanctum: & quorum remiseritis peccata remissa erunt.* ISTA TAMEN EST SOLA POTESTAS CLAVIS: *Ergo alij*

Apoſtoli ſuſceperunt claues. Sed adhuc aliud inconueniens maius erat, ſcilicet quod defuncto Petro non manſiſſent claues, quod neceſſe erat, ſi ſoli Petro datæ fuiſſent: & non ſolum ipſi ſoli, ſed etiam ſi omnibus Apoſtolis datæ fuiſſent claues ſpecialiter, tanquam determinatis perſonis: defunctis illis non manſiſſent claues in Eccleſia, quia iſti non habent poteſtatem dandi alijs claues, faciendo eos ſucceſſores ſuos: cum nemo poſſet Prælatum ſucceſſorem ſibi facere & tamen omnes ſucceſſores B. Petri & aliorum Epiſcoporum habent claues: ſicut habuit Petrus, & alij Apoſtoli: Ergo non fuerunt datæ claues illis tanquam determinatis perſonis: SED TANQVAM MINISTRIS ECCLESIÆ: ET TVNC MAGIS DABANTVR CLAVES ECCLESIÆ: CVM ECCLESIA, QVÆ HABET IPSAS RADICALITER, NVNQVAM MORIATVR. Tunc leuiter apparet, quo modo mortuo Petro ſuccederent alij ſummi Pontifices in æquali poteſtate: quia illa poteſtas clauium erat in Eccleſia: & quia non poterat Eccleſia eam diſpenſare, cum

non esset vna persona, tradita est Iurisdictio Clauium Petro, tanquam personæ electæ ad vsum illius Iurisdictionis. Et quia mortuo B. Petro adhuc Ecclesia semper habet claues, potest enim eligere successorem, & eligendo confert eandem potestatem quam habuit Petrus: nec oportet quod in morte Petri Christus iterum conferret claues successori eius: quod tamen necesse erat si Petro datæ fuissent claues singulariter, & non Ecclesiæ. Hoc idem patet in communitatibus: si enim aliqua communitas vel Collegium est, ibi erit Iurisdictio: & quia non potest administrari per totam communitatem, administratur per vnum de communitate: non est tamen Iurisdictio in illo, ita quod non sit in communitate: SED EST MAGIS IN COMMVNITATE: *quia antequam ille constituatur in iudicem vel Rectorem, nullam habet Iurisdictionem. Cum vero communitas eum elegerit vel præfecerit, habet Iurisdictionem: illo autem mortuo vel cedente Iurisdictionem, non penitus exspirat Iurisdictio: potest alius præfici in Rectorem, vel in Iudicem: non tamen posset hoc fieri si non maneret*

iurisdictio in communitate, ERGO IPSA COMMVNITAS HABET MAGIS IVRISDICTIONEM. *Adhuc patet hoc, quia sede vacante capitulum habet omnia quæ pertinent ad Iurisdictionem Prælati: licet non ea quæ sunt ordinis: si tamen potestas illa esset in persona determinata, mortuo Prælato exspiraret. Ergo videtur.* QVOD IVRISDICTIO ILLA RADICALIVS ERAT IN ECCLESIA QVAM IN PRÆLATO. *Non tamen haberet eam Ecclesia, nisi in Principio ei tradita fuisset: quia Iurisdictio clauium non est talis quales sunt iurisdictiones quas constituunt sibi communitates per leges: quia cum ista iurisdictio sit in remittendo peccata & ligando, non possunt eam homines sibi fingere, sed à Deo solum est: cum ipse solus remittat peccata in Ecclesia autem est ista iurisdictio. Ergo oportet quod eam aliquando acce perit: & hoc non fuit nisi cum primo traditæ sunt claues à Christo. Et hoc modo* CVM ALIQVIS ELIGITVR IN PRÆLATVM, CONFERTVR SIBI PER ELECTIONEM IVRIS-

DICTIO: *quia Ecclesia habebat iurisdictionem illam, & non poterat exercere eam quia non erat vna personæ: Ideo tradidit vni viro, & tunc cum summus Pontifex eligitur à Cardinalibus, à tota Ecclesia eligitur: cum illi nomine totius Ecclesiæ eligant: quia non potest tota Ecclesia conuenire ad quamlibet electionem: & sicut electio totius Ecclesiæ tribueret iurisdictionem, ita electio Cardinalium si fiat secundum voluntatem Ecclesiæ expressam per decreta sua, & constitutiones: si autem aliter, nihil confert iurisdictionis, nec erit Pontifex qui est assumptus.*

Idem Tostatus quæstione quadragesima nona sic continuat disserens, *An Ecclesia aliquando habeat potestatem ligandi & soluendi. Sed tunc dicet aliquis, ait, quod si potestas clauium, quæ est in summo Pontifice, est in Ecclesia, aliquando habebit Ecclesia potestatem ligandi & soluendi, quod non est conueniens. Respondendum est, quod Ecclesia suscepit claues à Christo, & Apostoli tanquam ministri Ecclesiæ: & nunc Ecclesia illas habet, & Prælati etiam, sed aliter Ec-*

cleſia quam Prælati : NAM ECCLESIA HABET SECVNDVM ORIGINEM, ET VIRTVTEM : PRÆLATI AVTEM HABENT SECVNDVM VSVM EARVM ; *dicitur Eccleſia habere ſecundum virtutem claues, quia poteſt illas conferræ Prælato per electionem : Eccleſia enim quæ ipſum eligit, tribuit ei iuriſdictionem illam : Eccleſia autem à nullo ſuſcipit poſtquam ſemel à Chriſto ſuſcepit.* IDEO ILLAS PER ORIGINEM ET VIRTVTEM HABET : *& quando confert eas Prælato, non confert eas eo modo quo habet, ſcilicet quantum ad originem, & virtutem: ſed quantum ad vſum : in vtroque tamen integræ ſunt claues.* EXEMPLVM HVIVS PATET IN DOMINO REI, ET VSV FRVCTVARIO, ATQVE VSVARIO : *Nam Dominus rei habet vſum rei, & confert illum vſum alteri, ſed non eo modo quo habet: quia ſibi reſeruat vſum vt proprietario : Alteri concedit vt vſuario, vel vſufructuario : & in hoc confert Dominus quod non habet: quia Dominus rei non eſt vſufructuarius, vel vſuarius. Conformiter in Ec-*

Digitized by Google

cleſia: ipſa enim non habet claues quantum ad vſum. Omnia autem iſta deſcendunt ex hoc, quod Eccleſia non eſt aliquid vnum per ſe potens habere adminiſtrationem clauium: ideo illas alteri commendat: ſi autem poſſet per ſe adminiſtrare non committeret alicui Prælato.

Hucuſque Abulenſis Epiſcopus, cuius illuſtriſſimo teſtimonio edocemur Chriſtum *per Dominium & proprietatem Claues in totam Eccleſiam collectim ſumptam inſeruiſſe Prælatis autem ſigillatim ſumptis, eas tantum dediſſe quo ad vſum, miniſterium, exercitium, & exequutionem.* Quam doctrinam Cardinalis Alliacenus doctor Pariſienſis, tractatu de Eccleſiæ auctoritate, parte prima capite primo, egregie illuſtrat. Nam ſtatim atque hanc defixit Concluſionem: nimirum *Quod ſicut Apoſtoli & Diſcipuli, ſic Epiſcopi & preſbyteri miniſtri à Chriſto immediate poteſtatem Eccleſiaſticam ſuſceperunt; tanquam ab eo qui ſolus eſt proprie, & maxime proprie caput Eccleſiæ: tamen Petrus & quilibet*

ius Vicarius Pontifex summus, potuit dici caput Ecclesiæ in quantum principalis est inter ministros: Hæc alia initio partis secundæ eiusdem libri, ad superioris conclusionis explanationem subnectit: *Ad confirmandum ea quæ de origine & ordine Ecclesiasticæ potestatis prædicta sunt, inquit, aliqua conuenit subiungere de origine iuris, quod habent Clerici qui Ecclesiastici dicuntur, in bonis quæ Ecclesiastica nominantur: vbi primo supponendum est, quod bona Ecclesiastica vt Ecclesiastica sunt,* FVERVNT COLLATA COMMVNITATIBVS, ET NON PERSONÆ SINGVLARI. *Vnde fundatores Ecclesiarum* INTENDERVNT DOMINIVM ET PROPRIETATEM BONORVM QVÆ DABANT TRANSFERRE PRIMO, ET DIRECTE IN COMMVNITATEM COLLEGII, *scilicet talis Ecclesiæ, ad vsum Deo seruientium, & non in aliquam personam singularem, vt 12. quæst. 2. Can. Nulli. Ex quo sequitur manifeste, quod Communitas ipsa, sola habet immediatum & verum dominium in eiusmodi bonis, & non prælatus aliquis,*

aut quæuis persona singularis: & ita est de Clauibus & Iurisdictione Ecclesiastica.

Cancellarius Parisiensis, Cardinalis Alliaceni discipulus, lib. de potestate Ecclesiastica, consideratione 4. circa medium. *Fundatur prædicta potestas Ecclesiasticæ Iurisdictionis in vnitate vel vnione tali; quemadmodum notasse videtur eleuatus Augustinus,* QVOD CLAVES ECCLESIÆ DATÆ SVNT VNITATI. Idem Consideratione statim XI. initio, *præterea loquitur Augustinus cum alijs quibusdam.* QVOD CLAVES ECCLESIÆ DATÆ SVNT NON VNI SED VNITATI, *& quod datæ sunt Ecclesiæ.* Item considerat. 12. versus finem *Matt. 16. Christus Petro dixit pro omnibus quodcumque ligaueris, &c. Et iterum super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam: Concordant Augustinus, Hieronymus, Isidorus, Beda, &c.*

Cardinalis Cusanus lib. primo de Concordantia Catholica cap. XI. *Considerandum est, quod verba Christi ad Apostolos trahi debent ad Ecclesiam, & in hoc aduerti debet quod aliquando*

Digitized by Google

Christus voluit Ecclesiæ, aperire mysteria tanquam Ecclesiæ vnitæ, aliquando tanquam dispersæ: Et quoniam Petrus senior erat inter Apostolos, quem ideo ad vitandum schisma, & pacem conseruandam Apostolis prætulit, vt dicit Hieronymus libro contra Iouinianum, tunc Christus Petrum præpositum Apostolorum sæpe alloquitur vt PRINCIPEM, IN VNITATE TOTAM ECCLESIAM SIBI COMMISSAM FIGVRANTEM, ET REPRÆSENTANTEM. *Nam non dubium Ecclesia vniuersalis claues habet ligandi & soluendi dum vnita est: & non reperitur quod alibi Christus ipsi tradiderit, nisi ibi ad Petrum loquendo Tibi dabo claues, & quodcumque ligaueris: Hoc Augustinus in capite* 30. *de agone Christiano prosequitur.* Item aliquanto infra, *ideo Ecclesiæ priuilegia solida ex ijs quæ Christus tradidit, & promisit, & loquutus est Petro, haurire debemus.*

Profecto Cardinalis Belarmini sententia nobis instar omnium esse debet, lib. quarto de Romano Pontifice cap. 23. vbi explicat locum

exercere actus aliquos : imo impossibile est in communitate esse Iurisdictionem secundum actum: EST TAMEN IVRISDICTIO SECVNDVM ORIGINEM IN COMMVNITATE, ET SECVNDVM VIRTVTEM: *quia omnes personæ accipientes Iurisdictionem, ex virtute communitatis accipiunt: quia ipsæ possunt per se iudicare: communitas autem non. Ita autem videtur de clauibus Ecclesiæ,* QVIA ILLÆ DATÆ SVNT A CHRISTO TOTI ECCLESIÆ: *quia tamen non poterat tota Ecclesia dispensare illas, cum non esset aliqua persona,* TRADIDIT EAS PETRO NOMINE ECCLESIÆ. *Si tamen intelligeretur claues traditas esse Petro specialiter, non solum sequeretiur inconueniens commune quod inducitur: scilicet quod alij Apostoli non habuissent aliquam auctoritatem clauium, quod falsum est: quia illis data est potestas remittendi peccata, vt patet Ioannis 20. cap. scilicet: Accipite Spiritum sanctum: & quorum remiseritis peccata remissa erunt.* ISTA TAMEN EST SOLA POTESTAS CLAVIS: *Ergo alij*

Apoſtoli ſuſceperunt claues. Sed adhuc aliud inconueniens maius erat, ſcilicet quod defuncto Petro non manſiſſent claues, quod neceſſe erat, ſi ſoli Petro datæ fuiſſent: & non ſolum ipſi ſoli, ſed etiam ſi omnibus Apoſtolis datæ fuiſſent claues ſpecialiter, tanquam determinatis perſonis: defunctis illis non manſiſſent claues in Eccleſia, quia iſti non habent poteſtatem dandi alijs claues, faciendo eos ſucceſſores ſuos: cum nemo poſſet Prælatum ſucceſſorem ſibi facere & tamen omnes ſucceſſores B. Petri & aliorum Epiſcoporum habent claues: ſicut habuit Petrus, & alij Apoſtoli: Ergo non fuerunt datæ claues illis tanquam determinatis perſonis: SED TANQVAM MINISTRIS ECCLESIÆ: ET TVNC MAGIS DABANTVR CLAVES ECCLESIÆ: CVM ECCLESIA, QVÆ HABET IPSAS RADICALITER, NVNQVAM MORIATVR. Tunc leuiter apparet, quo modo mortuo Petro ſuccederent alij ſummi Pontifices in æquali poteſtate: quia illa poteſtas clauium erat in Eccleſia: & quia non poterat Eccleſia eam diſpenſare, cum

non esset vna persona, tradita est Iurisdictio Clauium Petro, tanquam personæ electæ ad vsum illius Iurisdictionis. Et quia mortuo B. Petro adhuc Ecclesia semper habet claues, potest enim eligere successorem, & eligendo confert eandem potestatem quam habuit Petrus: nec oportet quod in morte Petri Christus iterum conferret claues successori eius: quod tamen necesse erat si Petro datæ fuissent claues singulariter, & non Ecclesiæ. Hoc idem patet in communitatibus: si enim aliqua communitas vel Collegium est, ibi erit Iurisdictio: & quia non potest administrari per totam communitatem, administratur per vnum de communitate: non est tamen Iurisdictio in illo, ita quod non sit in communitate: SED EST MAGIS IN COMMVNITATE: *quia antequam ille constituatur in iudicem vel Rectorem, nullam habet Iurisdictionem. Cum vero communitas eum elegerit vel præfecerit, habet Iurisdictionem: illo autem mortuo vel cedente Iurisdictionem, non penitus exspirat Iurisdictio: potest alius præfici in Rectorem, vel in Iudicem: non tamen posset hoc fieri si non maneret*

iuriſdictio in communitate, ERGO IPSA COMMVNITAS HABET MAGIS IVRISDICTIONEM. *Adhuc patet hoc, quia ſede vacante capitulum habet omnia quæ pertinent ad Iuriſdictionem Prælati: licet non ea quæ ſunt ordinis: ſi tamen poteſtas illa eſſet in perſona determinata, mortuo Prælato exſpiraret. Ergo videtur.* QVOD IVRISDICTIO ILLA RADICALIVS ERAT IN ECCLESIA QVAM IN PRÆLATO. *Non tamen haberet eam Eccleſia, niſi in Principio ei tradita fuiſſet: quia Iuriſdictio clauium non eſt talis quales ſunt iuriſdictiones quas conſtituunt ſibi communitates per leges: quia cum iſta iuriſdictio ſit in remittendo peccata & ligando, non poſſunt eam homines ſibi fingere, ſed à Deo ſolum eſt: cum ipſe ſolus remittat peccata in Eccleſia autem eſt iſta iuriſdictio. Ergo oportet quod eam aliquando acceperit: & hoc non fuit niſi cum primo traditæ ſunt claues à Chriſto. Et hoc modo* CVM ALIQVIS ELIGITVR IN PRÆLATVM, CONFERTVR SIBI PER ELECTIONEM IVRIS-

DICTIO: *quia Ecclesia habebat iurisdictionem illam, & non poterat exercere eam quia non erat vna persona: Ideo tradidit vni viro, & tunc cum summus Pontifex eligitur à Cardinalibus, à tota Ecclesia eligitur: cum illi nomine totius Ecclesiæ eligant: quia non potest tota Ecclesia conuenire ad quamlibet electionem: & sicut electio totius Ecclesiæ tribueret iurisdictionem, ita electio Cardinalium si fiat secundum voluntatem Ecclesiæ expressam per decreta sua, & constitutiones: si autem aliter, nihil confert iurisdictionis, nec erit Pontifex qui est assumptus.*

Idem Tostatus quæstione quadragesima nona sic continuat disserens, *An Ecclesia aliquando habeat potestatem ligandi & soluendi. Sed tunc dicet aliquis, ait, quod si potestas clauium, quæ est in summo Pontifice, est in Ecclesia, aliquando habebit Ecclesia potestatem ligandi & soluendi, quod non est conueniens. Respondendum est, quod Ecclesia suscepit claues à Christo, & Apostoli tanquam ministri Ecclesiæ: & nunc Ecclesia illas habet, & Prælati etiam, sed aliter Ec-*

cleſia quam Prælati : NAM ECCLESIA HABET SECVNDVM ORIGINEM, ET VIRTVTEM : PRÆLATI AVTEM HABENT SECVNDVM VSVM EARVM ; *dicitur Eccleſia habere ſecundum virtutem claues, quia poteſt illas conferræ Prælato per electionem : Eccleſia enim quæ ipſum eligit, tribuit ei iuriſdictionem illam : Eccleſia autem à nullo ſuſcipit poſtquam ſemel à Chriſto ſuſcepit.* IDEO ILLAS PER ORIGINEM ET VIRTVTEM HABET : *& quando confert eas Prælato, non confert eas eo modo quo habet, ſcilicet quantum ad originem, & virtutem: ſed quantum ad vſum : in vtroque tamen integræ ſunt claues.* EXEMPLVM HVIVS PATET IN DOMINO REI, ET VSV FRVCTVARIO, ATQVE VSVARIO : *Nam Dominus rei habet vſum rei, & confert illum vſum alteri, ſed non eo modo quo habet: quia ſibi reſeruat vſum vt proprietario : Alteri concedit vt vſuario, vel vſufructuario : & in hoc confert Dominus quod non habet: quia Dominus rei non eſt vſufructuarius, vel vſuarius. Conformiter in Ec-*

Digitized by Google

cleſia: ipſa enim non habet claues quantum ad vſum. Omnia autem iſta deſcendunt ex hoc, quod Eccleſia non eſt aliquid vnum per ſe potens habere adminiſtrationem clauium: ideo illas alteri commendat: ſi autem poſſet per ſe adminiſtrare non committeret alicui Prælato.

Hucuſque Abulenſis Epiſcopus, cuius illuſtriſſimo teſtimonio edocemur Chriſtum *per Dominium & proprietatem Claues in totam Eccleſiam collectim ſumptam inſeruiſſe Prælatis autem ſigillatim ſumptis, eas tantum dediſſe quo ad vſum, miniſterium, exercitium, & exequutionem.* Quam doctrinam Cardinalis Alliacenus doctor Pariſienſis, tractatu de Eccleſiæ auctoritate, parte prima capite primo, egregie illuſtrat. Nam ſtatim atque hanc defixit Concluſionem: nimirum *Quod ſicut Apoſtoli & Diſcipuli, ſic Epiſcopi & preſbyteri miniſtri à Chriſto immediate poteſtatem Eccleſiaſticam ſuſceperunt; tanquam ab eo qui ſolus eſt proprie, & maxime proprie caput Eccleſiæ: tamen Petrus & quilibet*

eius Vicarius Pontifex summus, potuit dici caput Ecclesiæ in quantum principalis est inter ministros: Hæc alia initio partis secundæ eiusdem libri, ad superioris conclusionis explanationem subnectit: *Ad confirmandum ea quæ de origine & ordine Ecclesiasticæ potestatis prædicta sunt, inquit, aliqua conuenit subiungere de origine iuris, quod habent Clerici qui Ecclesiastici dicuntur, in bonis quæ Ecclesiastica nominantur: vbi primo supponendum est, quod bona Ecclesiastica vt Ecclesiastica sunt,* FVERVNT COLLATA COMMVNITATIBVS, ET NON PERSONÆ SINGVLARI. *Vnde fundatores Ecclesiarum* INTENDERVNT DOMINIVM ET PROPRIETATEM BONORVM QVÆ DABANT TRANSFERRE PRIMO, ET DIRECTE IN COMMVNITATEM COLLEGII, *scilicet talis Ecclesiæ, ad vsum Deo seruientium, & non in aliquam personam singularem, vt 12. quæst. 2. Can. Nulli. Ex quo sequitur manifeste, quod Communitas ipsa, sola habet immediatum & verum dominium in eiusmodi bonis, & non prælatus aliquis,*

Christus voluit Ecclesiæ, aperire mysteria tanquam Ecclesiæ vnitæ, aliquando tanquam dispersæ: Et quoniam Petrus senior erat inter Apostolos, quem ideo ad vitandum schisma, & pacem conseruandam Apostolis prætulit, vt dicit Hieronymus libro contra Iouinianum, tunc Christus Petrum præpositum Apostolorum sæpe alloquitur vt PRINCIPEM, IN VNITATE TOTAM ECCLESIAM SIBI COMMISSAM FIGVRANTEM, ET REPRÆSENTANTEM. *Nam non dubium Ecclesia vniuersalis claues habet ligandi & soluendi dum vnita est: & non reperitur quod alibi Christus ipsi tradiderit, nisi ibi ad Petrum loquendo Tibi dabo claues, & quodcumque ligaueris: Hoc Augustinus in capite* 30. *de agone Christiano prosequitur.* Item aliquanto infra, *ideo Ecclesiæ priuilegia solida ex ijs quæ Christus tradidit, & promisit, & loquutus est Petro, haurire debemus.*

Profecto Cardinalis Belarmini sententia nobis instar omnium esse debet, lib. quarto de Romano Pontifice cap. 23. vbi explicat locum

Cypriani relatum in Decreta 24. *quæstione 1. Can. loquitur: Vides*, ait, *idem dari, Apostolis per illa verba, Ego mitto vos Ioannis 20. quod Petro fuerat promissum per illud, Tibi dabo claues, & postea exhibitum per illud, pasce oues meas: Constat autem per illa, Tibi dabo claues, & per illud, pasce oues, intelligi iurisdictionem plenissimam, etiam exteriorem. Quomodo autem hæc non impediant primatum Petri alibi, satis ostendimus*, inquit. Rectè quidem, quoniam æqualitas sacerdotij Christi, & Iurisdictionis plenissimæ, quæ in omnibus Apostolis habitat, nihilo magis Primatui B. Petri, quam æqualitas doctoratus Theologiæ in omnibus Doctoribus, prærogatiuæ Decani Theologiæ detrahit.

VI. His firmamentis de immediata auctoritate Ecclesiæ altissime constitutis atque roboratis, ad ea quæ tanquam male sonantia reprehenduntur in capite secundo libri de Ecclesiastica & Politica potestate, transeo: quæ quidem septenario

Digitized by Google

præſertim numero comprehenduntur : & primō quidem ambigitur quare Richerius dixerit, Chriſtum Matthæi 18. *Eccleſiam ſibi architectonicem & ſufficientem conſtituiſſe* : cuius ſuæ aſſertionis , innumeros habet auctores : atque imprimis ſanctum Auguſtinum , ſermone centeſimo octauo de diuerſis : quem paulo ante hoc ipſo capite his conceptis verbis exhibuimus : *Nam vt noueritis Eccleſiam accepiſſe claues regni cœlorum*, inquit , *audite alio in loco quid Dominus dicat omnibus Apoſtolis ſuis : Accipite Spiritum ſanctum , &c. Sed hoc Petro dixit vt ſciatis , quia Petrus vniuerſæ Eccleſiæ perſonam tunc gerebat, audi , quid ipſi dicatur , quid omnibus fidelibus ſanctis : Si peccauerit in te frater tuus , corripe illum inter te & ipſum ſolum : Si non audierit , adhibe tecum vnum vel duos , &c.* Quo ex textu Auguſtini liquet, Dominum Matthæi 18. *Legem Catholicam, æternam, atque inuariabilem omnibus Chriſtianis edixiſſe*, nequidem B. Petro excepto , quem , tanquam vniuerſalis Ec-

cleſiæ perſonam ſuſtinentem, ob primatum ſuum, affatur: *Illum autem* SACERDOTIO CHRISTI *more aliorum hominum ſubijci, quis abſque nota hæreſeos negare poteſt?* Porro Gerſonius S. Auguſtinum æmulatur de poteſtate Eccleſiaſtica conſideratione quarta: *Hanc poteſtatem Eccleſiaſticam contulit Chriſtus Matth. 18. cum dicit Petro vice omnium, Si peccauerit in te frater tuus vade & corripe illum, &c. Sequitur quod ſi te non dierit,* DIC ECCLESIÆ, *quod ſi Eccleſiam non audierit ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus. Quo in loco, fundatur iuridica poteſtas excommunicandi, vel interdicendi ab Eccleſiaſticis Sacramentis, & communione fidelium rebelles, & inobedientes: ſicut vſus eſt Apoſtolus, & idem hortatus eſt ad Titum 3. ſcribens, hæreticum hominem poſt primam & ſecundam correptionem deuita, &c. Fundatur rurſus abſque omni calumnia in hoc textu plenitudo poteſtatis gladij ſpiritualis, & exequutionis eius in Eccleſia ſuper quemlibet Chriſtianum, qui eſt frater noſter, etiamſi*

Papa

Papa fuerit. Nec accipiendum eſt hic, dic Eccleſiæ id eſt Papæ: quoniam Chriſtus Petro loquebatur, qui non dixiſſet ſibi ipſi: Item quia ſubiunctum eſt pluraliter: Quæcumque ligaueritis ſuper terram, &c. Denique ſi non haberet Eccleſia talem poteſtatem & exequutionem, fruſtra dixiſſet Chriſtus, dic Eccleſiæ, quia potuiſſet Eccleſia impune non audiri, contra illud quod ſequitur, ſi Eccleſiam non audierit ſit tibi, &c. Fundatur etiam in hoc textu nedum poteſtas definiendi, ſtatuendi, decernendi, conſtituendi præcepta, leges, & canones proœedendi denique contra non obedientes vſque ad ſententiam excommunicationis incluſiue: imo ſecundum Canones nunc inſtitutos, vſque ad inuocationem brachij ſecularis, quia dicitur in textu, quod ſi Eccleſiam non audierit, &c. Audire igitur debet Eccleſiam quilibet frater noſter, qui dicit ad Deum, Pater noſter qui in cœlis eſt, ſicut explicat alibi Chriſtus, qui vos audit me audit. Confirmant hanc ſententiam ſtatuta & practicata, in hoc ſacro Conſtantienſi Concilio, &c. Hîc Gerſonius decre-

ta quartæ & quintæ ſeſſionis Conſtantienſis ſynodi integra ſubiungit, quæ prætermitto lubens.

Toſtatus commentariis in caput 18. Matthæi quæſtione decima octaua: *Quædam perſonæ ſunt, quarum delicta non ſufficit denunciari alicui Eccleſiæ particulari: ideo nulla particularis Eccleſia poteſt iudicare de eo, etiam quantum ad hæreſim, ſed neceſſe eſt recurri ad Eccleſiam vniuerſalem cuius Papa eſt filius, licet ſit præcipuus filiorum: Nam in ea regnat, & in Sacramentis, quæ intra ipſam ſunt, iuſtificatur & proficit.* Idem cap. ſexageſimo nono Defenſorij, *Chriſtus conſtituit ſupremum tribunal* IN ECCLESIA IN SACRO CONCILIO ETIAM SVPRA PAPAM, *& non ſolum in pertinentibus ad fidem, ſed etiam quantum ad actiones: quæ omnia patent manifeſtiſſimè, ex illo verbo Domini Matthæi 18. Si peccauerit in te frater tuus, corripe illum inter te & ipſum ſolum: quod ſi non audierit dic Eccleſiæ, & ſi non audierit. Eccleſiam, ſit tibi quaſi Ethnicus & Publicanus.*

Almainus de Ecclesiæ auctoritate cap. 6. *Secunda propositio, Christus hanc potestatem immediate contulit, capiendo Ecclesiam pro collectione omnium Prælatorum, maiorum & minorum qui succedunt Apostolis & Discipulis: siue pro Concilio generali Ecclesiam representante. Probatur per illud Christi Matthæi 18. Si peccauerit in te frater tuus, &c. vbi præcipit Christus, nolentem corrigi ad fraternam correctionem, denunciari Ecclesiæ: & si Ecclesiæ monitioni non optemperat, excommunicandum: & dat Ecclesiæ authoritatem excommunicandi, dicens, quæcumque alligaueritis super terram, &c. Et quod Ecclesia prout est plurium collectio intelligitur, patet ex eo, quod postquam dixit,* DIC ECCLESIÆ, *& si non audierit Ecclesiam sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus, statim subiungit pluraliter, quæcumque alligaueritis super terram, &c. Ergo non capit ibi Ecclesiam pro vnico supposito, sed pro pluribus.*

Ioannes Maior etiam Doctor Parisiensis commentariis in caput 18. Matthæi: *Papa est deterioris conditio-*

nis quam alij Christiani, si non potest per Ecclesiam corrigi: insuper per illa verba, dic Ecclesiæ, datur potestas toti Ecclesiæ, capiendo Ecclesiam pro Prælatis maioribus & minoribus, siue pro Concilio generali totam Ecclesiam repræsentante, quia pluraliter subiungitur, quæcumque alligaueritis super terram, ligata erunt & in cœlis. Non est illic sermo de ligatione & absolutione in foro interiore & pœnitentiali, quia nunquam aliquis defert Ecclesiæ peccatum alterius in illo foro.

Maldonatus in caput 18. Matthæi, *Christus voluit*, ECCLSIÆ TRIBVNAL VLTIMVM ESSE, *ad quod essent peccatores, cum aliud non esset emendationis remedium, deferendi: ideoque summam illi tribuit potestatem, summam autem non tribuisset, si maiorem illi non dedisset, quam omnis respublica iure suo habet vt homines perniciosos mittat in exilium, quod est in Ecclesia excommunicatio.*

VII. Secunda redargutio Magistri Andreæ Vallij pagina 35. Elenchi, est, quod Richerius sensum cano-

num corruperit, *Can. quodcumque, Canone, loquitur Canone alienus 24 quæst. 1.* Nam ille perhibet, eam tantum esse mentem Cypriani & Augustini, in eiusmodi canonibus, claues vnitati datas, ideſt in finem vnitatis: itaut Ecclesia non sit id quod claues habet, sed ad quod potestas atque vsus clauium, tanquam in proprium finem refertur: cuius assertionis falsitas patebit clarissime, si canones illos vt in fonte sunt concœpti exhibuerimus. Et primo quidem *Canon Quodcumque*, excerptus est ex tractatu quinquagesimo Augustini de cap. 12. Ioannis, estque supra hoc ipso capite integer prolatus, quare nihil opus est illum hic iterato exhibere. Profecto Cardinalis Caietanus libro de auctoritate Papæ & Concilij cap. 9. cum obiiceret eam esse Augustini mentem hoc in loco, vt vellet claues non esse formaliter in Ecclesia, sed tantum datas propter Ecclesiam finaliter: sic ab Almaino lib. de authoritate Ecclesiæ cap. 7. confutatur.

Probo, inquit Almainus, *quod non ad illum ſenſum dicit Auguſtinus datas eſſe claues Eccleſiæ: quia hoc modo claues eſſe datas Eccleſia, eſſet eas eſſe datas propter Eccleſiam finaliter, & non ei datas eſſe formaliter, quod manifeſte eſt contra Auguſtinum dicentem in eodem capite: Si hoc tantum Petro dictum eſt, puta quodcumque ligaueris, &c. non hoc facit Eccleſia: vbi pro inconuenienti infert iſtud conſequens, quod Eccleſia non ligat & quod non ſoluit.* Hucuſque Almainus, verum mens Auguſtini tam plana atque euidens eſt, vt ſtupendum ſit aliquos extare Theologos, *qui æquiuocatione vocis Eccleſiæ*, eam controuerſam facere audeant. Si enim Caietanus & M. Andræas Vallius, nomine Eccleſiæ ſolos laicos hic intelligant, certum eſt Eccleſiam non habere claues formaliter, ſed tantum finaliter; ſi verò ſacerdotalem Eccleſiam deſignent, de qua hic agit Auguſtinus, certe hæreticum eſt dicere, illam non habere claues formaliter: cum ſacerdotio Chriſti donata ſit:

à quo quidem tanquam ab efficiente cauſa, facultas clauium, ligandi & ſoluendi, paſcendique oues Chriſti, atque omnes aliæ dotes ad Eccleſiæ regimen ſpectantes proficiſcuntur, vt ſuperius demonſtratum eſt. Hercle, quotidiana nos docet experientia, hierarchicum ordinem Epiſcopis atque Preſbyteris conſtantem, ius habere clauium: ceſſent igitur homonymia vocis Eccleſiæ, ignaris & ſimplicibus illudere, quod indignum eſt Theologorum.

Tranſeo *ad canonem loquitur*, & *canonem alienus* 24. *qu.* 1. qui ex libro B. Cypriani de vnitate Eccleſiæ collecti ſunt, quos ſolidos vt ſunt in fonte iuxta Pamelij recenſionem, hic adſcribam. *Loquitur Dominus ad Petrum, Ego dico tibi quia tu es Petrus & ſuper iſtam Petram ædificabo Eccleſiam meam, &c. Super illum vnum ædificat Eccleſiam, & illi paſcendas mandat oues ſuas: & quamuis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuat & dicat,*

Sicut misit me Pater & ego mitto vos: accipite Spiritum sanctum, &c. Támen vt vnitatem manifestaret, vnam Cathedram constituit, & vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem sua authoritate dispositit: HOC ERANT VTIQVE CÆTERI APOSTOLI QVOD FVIT PETRVS PARI CONSORTIO PRÆDITI ET HONORIS ET POTESTATIS: *Sed ex ordium ab vnitate proficiscitur, Primatus Petro datur, vt vna Christi Ecclesia & Cathedra monstretur: & Pastores sunt omnes, sed Grex vnus ostenditur, qui ab Apostolis vnanimi consensione pascatur. Quam vnam Ecclesiam etiam in Cantico Canticorum Spiritus sanctus ex persona Domini designat & dicit: vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suæ, electa genitrici suæ. Hanc Ecclesiæ vnitatem qui non tenet, tenere se fidem credit? Qui Ecclesiæ renititur & resistit, qui Cathedram Petri super quam fundata est Ecclesia deserit, in Ecclesia se esse confidit? Quando & B. Apostolus Paulus hoc idem doceat, & sacramentum vnitatis*

tatis ostendat dicens, *vnum corpus & vnus spiritus, vna spes vocationis vestræ: vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus. Quam vnitatem firmiter tenere & vindicare debemus, maxime Episcopi, qui in Ecclesia præsidemus, vt Episcopatum quoque vnum atque indiuisum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidei veritatem perfida prævaricatione corrumpat,* EPISCOPATVS VNVS EST, CVIVS A SINGVLIS IN SOLIDVM PARS TENETVR: *Ecclesiæ quoque vna est, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur: quomodo solis multi radij sed lumen vnum: & rami arboris multi sed robur vnum tenaci radice fundatum: & cum de fonte vno riui plurimi defluunt, numerositas licet diffusa videatur exundantis copiæ largitate, vnitas tamen seruatur in origine. Auelle radium solis à corpore diuisionem lucis vnitas non capit: ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit: à fonte præcide riuum, præcisus arescet: sic & Ecclesia Domini luce perfusa, per orbem*

totum radios suos porrigit, vnum tamen est lumen quod vbique diffunditur, nec vnitas corporis separatur, ramos suos in vniuersam terram copia vbertatis extendit, prefluentes largiter riuos latius expandit: vnum tamen caput est, vna origo, & vna mater fœcunditatis successibus copiosa: illius fœtu nascimur, illius lacte nutrimur, spiritu eius animamur. Quisquis ab Ecclesia segregatus adulteræ iungitur, à promissis Ecclesiæ separatur. Nec peruenit ad Christi præmia qui relinquit Ecclesiam Christi. ALIENVS EST, *prophanus est, hostis est, habere iam non potest Deum patrem, qui Ecclesiam non habet matrem, &c. Dominus enim cum discipulis suis vnanimitatem suaderet & pacem, Dico, inquit, vobis, quoniam si duobus ex vobis conuenerit in terra de omni re quamcumque petieritis, continget vobis à Patre meo qui in cœlis est: vbicumque enim fuerint duo vel tres collecti in nomine meo, Ego cum eis sum: ostendens non multitudini sed vnanimitati deprecantium plurimum tribui. Si duobus, inquit, ex vobis conuenerit in terra, una-*

nimitatem prius posuit, concordiam pacis ante præmisit, vt conueniat nobis firmiter, & fideliter docuit. Quo autem modo potest cum aliquo conuenire, cui cum corpore ipsius Ecclesiæ, & cum vniuersa fraternitate non conuenit. Quomodo possunt duo aut tres in nomine Christi colligi, quos constat à Christo & ab eius Euangelio separari? Huc vsque Cyprianus, in cuius textu quatuor præsertim notanda occurrunt. Primo Christum post suam resurrectionem Ioannis xx. parem & æqualem potestatem omnibus tribuisse Apostolis hac voce. *Sicut misit me Pater & ego mitto vos, &c. Nam inquit, hoc erant vtique & cæteri Apostoli quod erat Petrus, pari consortio præditi & honoris & potestatis* Quem ad locum supra ex Belarmini sententia ostendimus, Apostolos omnes æqualem habuisse potestatem cum Petro, neque tamen id Primatuj derogare. Et ita confirmatum manet ex mente Cypriani omnes Apostolos, qui ordinem Hierarchicum referebant, non modo fina-

liter, ſed etiam reuera, ac formaliter, habuiſſe claues, vt claudant atque aperiant cœlum, ligent atque abſoluant peccatores, &c. ſicut ſupra abunde probatum eſt. Secundo Cyprianus explicate docet, vnum eſſe in tota Eccleſia ſacerdotium aut Epiſcopatum Chriſti indiuiſum: atque omnes Epiſcopos ſingulares partem eiuſmodi ſacerdotij & Epiſcopatus iu ſolidum atque ex æquo tenere: & continuo vnicuique Epiſcopo reginem Eccleſiæ ſuæ in ſolidum competere: *Nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidei veritatem perfida prævaricatione corrumpat: Epiſcopatus vnus eſt cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur.* Tertio maximè dignum eſt obſeruatione, quod ſanctiſſimus martyr Eccleſiam, quæ vnicum Epiſcopatum & ſacerdotium Chriſti poſſidet, *ſoli, fonti, & radici arboris comparat:* qua ſimilitudine oſtendit Eccleſiam, poſt Chriſtum, eſſe cauſam efficientem totius iuriſdictionis, atque omnium chariſmatum: Ex quo fit, *vt illius fœtu*

naſcamur, illius lacte nutriamur, & ſpiritu eius animemur: Auelle igitur radium ſolis à corpore, id eſt ſeiunge hominem ab Eccleſiæ vnitate, & communione, lucem veritatis amplius non capiet, & ſimilis erit ramo arboris à radice, aut riuo à fontis vbertate præciſo. Hæc verò tam nota ſunt ex lectione textus Cypriani, vt mirabile ſit aliquos recentiores Theologos, has Cypriani ſimilitudines contra veritatem & propriam mentem authoris, vni ſummo Pontifici, & non Eccleſiæ collectim ſumptæ, tribuiſſe: *quaſi vero Pontificis non Eccleſiæ ſpiritu animaremur.* Quarto *canon*, *Alienus*, huic clauſulæ Euangelij reſpondet, *vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Matthæi 18.* Quo loco agi de iuriſdictione Eccleſiaſtica probatum eſt ſuperius.

VIII. Tertio, me acriter reprehendunt, *quod dixerim ſummam totius externæ iuriſdictionis Eccleſiaſticæ in facultate excommunicandi conquieſcere:* Sed rependo, me nihil aliud

deſignare voluiſſe, quam præcipuam, maximam, & ſummam omnium pœnarum quas Eccleſia iure diuino poteſt infligere, eſſe excommunicationem. Quod ipſum Belarminus tertio de Eccleſia militante cap. ſexto docet poſt Auguſtinum libro contra aduerſarium legis & Prophetarum cap. 17. libri primi. *Claues quippe regni cælorum ſic dedit Chriſtus Eccleſiæ, vt non ſolum diceret, quæ ſolueritis ſuper terram erunt ſoluta & in cœlis: verum & adiungeret, quæ legaueritis in terra erunt ligata & in cœlo: illud enim quod ait, ſi nec Eccleſiam audierit, ſit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus, grauius eſt quam ſi gladio feriretur, ſi flamis abſumeretur, ſi feris ſubijceretur. Nam ibi quoque ſubiunxit, Amen dico vobis, quæ ligaueritis ſuper terram erunt ligata & in cœlis: vt intelligeretur quanto grauius ſit punitus, qui velut relictus eſt impunitus,* Hæc Auguſtinus.

IX. Quartò, collationes beneficiorum quadringentis & mille annis iure communi, & ſacris electionibus

factas : abrogatio ſanctionis Pragmaticæ, & conſtitutio Concordatorum Bononienſium anno 1516. declarat. Vide vndecimam ſeſſionem ſynodi Lateranenſis ſub Leone x. PP.

X. Quintò, mihi datur crimini quod dixerim ſacras electiones iuris eſſe diuini: hoc autem dixi poſt S. Cyprianum Epiſt. 68. *Quando plebs ipſa maxime habeat poteſtatem vel eligendi dignos ſacerdotes, vel indignos recuſandi: quod & ipſum videmus de diuina authoritate deſcendere, vt ſacerdos plebe præſente ſub omnium oculis deligatur, & dignus atque idoneus publico iudicio ac teſtimonio comprobetur, ſicut in numeris Dominus Moyſi præcipit dicens: apprehende Aaron fratrem tuum, & Eleazarum filium eius, &c. quod poſtea ſecundum diuina Magiſteria obſeruatur in actis Apoſtolorum, quando de ordinandi in locum Iudæ Epiſcopo Petrus ad plebem loquitur: ſurrexit, inquit, Petrus, in medio diſcentium: fuit autem turba in vno.* Deinde aliquanto inferius: *Propter quod diligenter de tra-*

ditione diuina & apoſtolica obſeruatione obſeruandum eſt, & tenendum, quod apud nos quoque fere per prouincias vniuerſas tenetur, vt ad ordinationes ritè celebrandas, & ad eam plebem cui præpoſitus ordinatur, Epiſcopi eiuſdem prouinciæ proximi quique conueniant, & Epiſcopus deligatur plebe præſente, quæ ſingulorum vitam pleniſſimè nouit & vnuſquiſque actum de eius conuerſatione proſpexit. Quod & apud nos factum vidimus in Sabini collegæ noſtri ordinatione, & vt de vniuerſæ fraternitatis ſuffragio, & de Epiſcoporum qui in præſentia conuenerant, quidque de eo ad vos literas fecerant, iudicio, Epiſcopatus ei deferretur, & manus ei in locum Baſilidis imponerentur. Quo in textu Cypriani, hæ clauſulæ ſunt valdæ notandæ : *de diuina authoritate, ſecundum diuina magiſteria, de traditione diuina, & de apoſtolica traditione* : quarum clauſularum, tres priores, oſtendunt ſacras electiones eſſe iuris diuini Cypriano : cui quidem hæc vox *diuina magiſteria*, paſſim legem, & diuina præcepta ſignificat : Epi-

ſtola 55. ad Cornelium: *Cui ſi ſecundum magiſteria diuina obtemperaret fraternitas vniuerſa:* Item, *tantumque apud illos prævalere magiſteria & præcepta diuina, quantus illis in Deum timor eſt:* Item tractatu de bono patientiæ: *Patientiam quam magiſterijs cœleſtibus diſcimus, obſequijs ſpiritualibus præbeamus.* Certè ſcripta & inſtituta Apoſtolorum, quibus ſacras electionum leges defigunt, quædam ſunt voluntatis atque legis diuinæ declarationes: Itaque electiones quo ad inſtitutionem & ſubſtantiam iuris ſunt diuini Cypriano. Equidem cum primatus B. Petri electiuus, non hæreditarius ſit: iuxta communem regulam philoſophorum oportet, *quod dat eſſe, dat etiam conſequentia ad eſſe:* atque ſacras electiones iuris eſſe diuini, ſicut & ipſe Primatus: Vnde Gerſonius de vita ſpirituali animæ, lectione tertia corollario ſeptimo, ſub finem aſſerit, *hanc propoſitionem eſſe de lege pure diuina: Electio ſummi Pontificis ſede vacante debet celebrari.* Nam cuius rei inſti-

tutio eſt iuris diuini, vt Primatus, & Principatus Eccleſiæ, ſic & eiuſdem conſeruatio, atque propagatio: Quare permagnam faciunt iniuriam Primatuj, qui ſacras electiones non eſſe iuris diuini & naturalis perhibent.

XI. Sexto, mihi grauis culpa adſcribitur, eo quod contenderim, aduerſum ſacras electiones nullam poſſe decurrere præſcriptionem: hinc enim magiſter Andræas Vallius colligit, ab eo tempore, quo electiones ceſſarunt in Galliis; ſequi, iuxta meam opinionem, Eccleſias nullos plane habuiſſe legitimos paſtores, & continuò periiſſe. Verum reſpondeo, Sicut homo duplici via propagatur; extraordinaria ſcilicet per creationem, & via ordinaria per generationem: ſic Eccleſiam duplici ratione gubernari, & vtramque eſſe diuinæ inſtitutionis: Extraordinaria ratio locum habuit in prima Eccleſiarum fundatione, aut aliqua neceſſitate emergente, quæ eſt impedimento, quominus, via

ordinaria locum habere poſſit : vt cum propter bellorum vaſtitates, & feritatem Longobardorum videmus S. Gregorium Magnum, vni atque eidem Epiſcopo curam duorum Epiſcopatuum deferre, atque nonnullos *in aliquam Eccleſiam incardinare, aut Sacerdotes Cardinales facere*: Sic enim paſſim, & maxime libro ſecundo Epiſtolarum loquitur: propterea quod maxima pars Italiæ paſtoribus careret, ob Longobardorum prædas & populationes: tum enim Eccleſiis via ordinaria per ſacras electiones de paſtoribus prouideri non poterat: quæ ratio ordinaria ſacris præſertim canonibus conciliorum conſignatur, & commendatur: ſicut extraordinaria, ſæpe Epiſtolis atque reſcriptis Pontificum continetur, vt de S. Gregorio docui. Cardinalis Cuſanus lib. ſecundo, de Concordantia cap. 32. vtramque viam ſic explicat: *Tota Eccleſia ſiue Apoſtoli, qui tum Eccleſiam repræſentabant, propinquius quam ſolus Petrus Primates conſtituerunt 99. diſt. can. Nulli:*

qui textus dicit Apoſtoli, eorumque ſucceſſores: Neque concludit aliquando Eccleſijs fuiſſe prouiſum ſine electione: quia tunc non fuerunt Eccleſiæ, ſed miſſi fuerunt ad ædificandas Eccleſias, & ideo electio locum habere non potuit: quia Eccleſia eligens, tunc defecit. Vnde illi miſſi habentes figuram Chriſti ſecundi Adæ, ex coſta ſua, ſcilicet diuini verbi, ſibi Euam ædificauerunt, quam deſponſauerant: & ſic Euæ genitæ poſthac non dabatur, niſi ſponſus deſideratus. Sic hodie non dubium Papam ad partes infidelium prædicatores mittere poſſe, ad modum Petri, vel Clementis; vt hæc probat textus Nulli ſupra allegatus, & ita intelligit Hoſtienſis. Gerſonius de poteſtate Eccleſiaſtica conſideratione octaua: *Sed dicimus hoc aliter eſſe diſcernandum in politia Eccleſiaſtica dum eſt ordinata complete, ſub quadam explicatione perfecta, & numeroſa membrorum ſuorum in miniſtris, per ſtatus gradus, & officia: & aliter dum ab initio firmata eſt Eccleſia, in magna tam eccleſiaſticorum quam fidelium paucitate, velut in quodam ſeminario, vel*

Digitized by

germine ſeu botro. Potuit enim tunc rationabiliter ſupremus ille pontifex Petrus, habere faciliter præſentiam concilij generalis ſicut in electione Matthiæ, & ceſſatione legalium : potuit & inſtituere miniſtros per diuerſas prouincias, & locos de mandato ſuo, ſicut & ad eum facilis patebat acceſſus, nec vigebat auaritia, quia primi primo petebantur ad mortem. Quæ omnia ceſſant in hac tam copioſa fidelium multitudine, poſt tot iura, tot leges, tot decreta, decretales ſummorum Pontificum, & generalium conciliorum, editas ad regendam feliciter Eccleſiam.

Hæc igitur ſumma erit noſtræ diſputationis de ſacris electionibus: Primo neceſſitatem, quæ vt vulgo dicitur legem non habet, ſæpe ius ordinarium eligendi in extraordinarium commutare: & hodie in Gallijs iure extraordinario prouideri Eccleſijs de paſtoribus per Regis nominationem, & conſtitutiones Papæ: ita vt Rex & ſummus Pontifex, hodierna die *Titulum atque materiam, id eſt diœceſim conferant* : Actiua au-

tem iurisdictio, per ordinis, Episcopalis collationem defertur, vt supra demonstratum est numero quarto. Secundò, *nullam aduersum sacras electiones præscriptionem posse decurrere ideo dixi*, quia quotiescumque videbitur Ecclesiæ, illas poterit in integrum restituere: cum tacito eiusdem consensu abrogatas, & iuris diuini ac naturalis esse constet: Idque quotidiana Pontificis Romani electio plus satis comprobat.

XII. Septimo me admodum contumelioſe accipiunt, quoniam asserui *Omnem principatum, quoad vim coactiuam, ab hominum consensu pendere*. Nihilo minus hoc affatum verissimum est, præsertim in electiuo principatu, qualis est Ecclesia: id autem Cardinalis Cusanus sic demonstrat, cap. decimo quarto libri secundi de Concordantia: *Cum natura omnes sint liberi, inquit, tum omnis principatus siue consistat in lege scripta, siue viua, apud Principem per quem coercentur à malis subditi, & eorum regulatur libertas ad*

bonum metu pœnarum, *eſt* A SOLA CONCORDANTIA, ET CONSENSV SVBIECTIVO: *Nam ſi natura æquè potentes, & æquè liberi homines ſunt: vera & ordinata poteſtas vnius communis æque potentis naturaliter*, NON NISI ELECTIONE ET CONSENSV CONSTITVITVR: *2. diſt. can. Lex. & 8. diſt. can. quæ contra. Vbi dicit pactum inter ſe ciuitatis aut gentis conſuetudine vel lege firmatum.* Idem libro eodem cap. 34. ad calcem. EX SVBIECTORVM ELECTIONE ET CONSENSV RADICATVR SVPERIORIS POTESTAS SVO MODO COACTIVA IN EOS: *qui enim primo erant liberi eligendo ſuper ſe Præſidem, ſe ei ſubijciunt: Vnde ex hoc fundamento ſuperius ſæpe dicitur*, POTESTATEM COACTIVAM *aut Principis aut legis*, EX APPROBATIONE PER SE AD HOC CCMMVNI CONSENSV, TACITO VEL EXPRESSO, CONSTITVTVM ROBVR HABERE: *ſic enim dicitur, quanquam poteſtas de ſurſum ſit, ſiue coactiua, ſiue œconomica, re-*

gulatiua, & ordinatiua; Tamen vt ipſa extrinſece in actum prorumpere poſſit, homines Chriſtianos liberos regulando vel cogendo, tunc recta regula prærequirit ſubiectionem liberam eorum: cum ipſi ex lege fidei Chriſtianæ, & naturali iure, non arctentur extra terminos libertatis. Quæ Cuſani ſententia, huic Ariſtotelis proloquio innititur, *quod naturæ repugnet aliquam eſſe rempublicam ſeruorum:* ampliuſque tractabitur cap. 9. vbi omnium Theologorum conſenſione probabimus, *formalem atque actualem obligationem legum, præſertim eccleſiaſticarum, ab receptione & conſenſu populi pendere:* quo conſenſu in hominum mores & rem iudicatam leges tranſeunt. Accedit inſuper quanquam iuriſdictio eccleſiaſtica formaliter & in actu ſignato vna cum ordine epiſcopali conferatur, vt probatum eſt ſupra, verum tamen conſenſum ſubditorum, vt in actum atque exercitium mittatur deſiderari. Quo circa Gerſonius de poteſtate Eccleſiaſtica conſideratione quinta, docet poteſtatem eccleſiaſticam

ſiaſticam vere atque interpretatiue liberam eſſe circa, perſonam in quam exercetur, itaut non feratur in inuitum, quod tam clarum, quam quod clariſſimum eſt

Summa huius diſputationis eſt, ordinem Hierarchicum, collectiuè ſumptum, claues cum ſacerdotio Chriſti, immediate, architectonice, per dominium : & proprietatem habere à Domino; vt idem Hierarchicus ordo, facilius claues propaget, conſeruet; ac Prælatis ſingularibus, quo ad vſum, exercitium, miniſterium, & exequutionem conferat, atque diſpenſet. Quo quidem principio, ſcripturæ & Patrum auctoritate ſufficienter ſuperius probato, certe omnia capita, & fundamenta libelli de Eccleſiaſtica & Politica poteſtate ſufficienter etiam demonſtrata manent: cuiuſmodi eſt, 1. *Eccleſiæ reginem eſſe ariſtocraticum, & exequutionem regiminis monarchicam 2. ſolam Eccleſiam collectim ſumptam eſſe infallibilem 3. Concilium generale eſſe ſupra Papam*, atque alia

eiuſmodi, quæ infra ſigillatim, conformiter ad decreta quartæ & quintæ ſeſſionis Conſtantienſis ſynodi, explicabuntur.

CAPVT III.

Eccleſiæ definitio, per cauſas eſſentiales.

PRIMVM, Eccleſiæ definitionem referabit: *Eccleſia, eſt politia monarchica, ad finem ſupernaturalem ſpiritualem inſtituta, regimine ariſtocratico, quod omnium optimum, & naturæ conuenientiſſimum eſt, temperata à ſummo animarum paſtore Domino noſtro:* qui Rex eſt, monarcha, Dominus abſolutus, fundator, petra, & caput eſſentiale Eccleſiæ; ac abſolutum, ſiue pure monarchicum in eam habet imperium: cumque ſua

omnipotentia, & virtute infinita, abſque crucis ſcandalo homines ſaluare potuiſſet, nihilominus, vt potentiam, faſtum, ſuperbiam, & ſapientiam mundi confunderet, ac deſtrueret; ſuoſque miniſtros humillime de ſe ſentire doceret, *per ſtultitiam prædicationis*, de qua capite x i. diſputabitur, *ſaluare voluit credentes*, *ne in eius conſpectu*, *gloriaretur omnis caro*: primæ Corinthiorum i. Inſtinct vero inducimus, hunc fidei articulum, *Credo vnam ſanctam Eccleſiam Catholicam*, eſſe veritatis ſempiternæ: propterea quod, lege euangelica ſtante, Chriſtus diuortium cum Eccleſia ſponſa facere non poteſt, quod de ſymbolico & miniſteriali capite Romano Pontifice, aſſeri non debet;

quem, saltem ad tempus, adesse & abesse videmus sine Ecclesiæ interitu: nam compertum est sedem Apostolicam aliquando tres, aliquando septem annos vacasse: siquidem, præceptum de habendo Pontifice, affirmatiuum non negatiuum est.

DEMONSTRATIO CAPITIS III.

1. *Quam ob causam Ecclesia dicatur politia Monarchica.*
2. *De Aristocratico Ecclesiæ regimine.*
3. *Et cur omnium optimum & naturæ conuenientissimum appelletur.*
4. *Theologorum & Canonistarum sententia probatur, hunc fidei articulum* CREDO VNAM SANCTAM ECCLESIAM CATHOLICAM, *esse veritatis sempiternæ, Papa viuo aut mortuo.*

Digitized by Google

5. Item Papam esse duntaxat caput ministeriale Ecclesiæ.
6. Præceptum de habendo Pontifice esse affirmatiuum non negatiuum:
7. Et sedem Apostolicam septem annis post Marcellini Papæ martyrium vacasse.

I. SEPTEM potissimum sunt in hoc capite quæ lucem ampliorem desiderant, & ad enucleationem definitionis ecclesiæ spectant. Primum autem dixi Ecclesiam esse politiam monarchicam, ratione Christi absoluti monarchæ & capitis essentialis ecclesiæ: secundò respectu Papæ quatenus potestatem habet super particulares ecclesias, vt est à partibus Constantiensis synodi definitum, sessione octaua, articulo 41. contra errores Ioannis Vviclef, & infra vberius dicetur: Tertiò intuitu etiam cuiuslibet Episcopi in sua Diœcesi; quoniam est à patribus Nicænis definitum, *ne plures vnico Episcopo in vnaquaque ecclesia crearentur* can. VIII. Quam

ob cauſam B. Auguſtino vehementer dolebat, quod contra hunc Canonem cooptatus fuiſſet, Epiſcopus vna cum Valerio: Itaque Pontifex Romanus & ſinguli Epiſcopi, ſuo quique modo proportionatim, & reſpectiue, ſunt Eccleſiæ Monarchæ.

III. Secundo, ſi ego culpor quod dixerim Eccleſiam ariſtocratico regimine gubernari aut temperari, ante Cardinalis Belarminus reprehendendus libro priore de Romano Pontifice cap. quinto: *Doctores catholici in eo conueniunt omnes, vt regimen eccleſiaſticum hominibus à Deo commiſſum, ſit illud quidem monarchicum,* SED TEMPERATVM VT SVPRA DIXIMVS EX ARISTOCRATIA ET DEMOCRATIA: *id quod præcipue tractant D. Thomas in 4. contra Gentes, cap. 76. Ioannes de Turrecremata libro 2. de Eccleſia cap. 2. Nicolaus Sanderus libro de viſibili Monarchia Eccleſiæ.* Belarminum quoque Vallius ſequitur lib. de ſuprema poteſtate Papæ, parte primæ quæſt. ſecunda ſtatim initio: *Mo-*

narchicum ergo regimen omnium optimum est & excellentissimum inquit, ita tamen vt NE IN TYRANNIDEM DEGENERET, ILLVD ARISTOCRATIA CONVENIAT TEMPERARI. Et aliquanto post, *Quinto certum est Monarchicum illud regimen esse* ARISTOCRATIA ALIQVA TEMPERATVM: *itaut non solum ab vno moderatore, sed etiam ab optimatibus nempe Episcopis, res ecclesiæ debeant in solidum administrari: idque iure diuino, & institutione Christi, qui vnamquamque potestatem ad Ecclesiæ regimen necessariam instituit, Pontificiam quæ suprema est, Episcopalem, quæ media, presbyteralem quæ infima: sicut enim Christus dixit Petro Matthæi 16. Tibi dabo claues, & Ioannis 21. Pasce oues meas: ita dixit Ioannis 20. Apostolus, qui Episcopus præfigurabant, Sicut misit me Pater, ita & ego mitto vos: & Lucæ 10. designauit & alios* LXXII. *& misit eos binos ante faciem suam: his autem* LXXII. *discipulis succedunt parœci, qui in partem solicitudinis & regimis Ecclesiæ pro modulo suo vocantur:*

Hæc Vallius. Proculdubio ex immediata clauium auctoritate conceſſa Eccleſiæ, necnon ex iure eligendi Pontificem: quæ à priori duobus primis captibus demonſtrauimus; *primum neceſſario colligimus regimen aut temperamentum Ariſtocraticum Eccleſiæ: deinde etiam inferimus, Papam decretis conciliorum generalium eſſe ſubditum, ſicut quarta & quinta ſeſſione Conſtantienſis Synodi definitum eſt.* At fruſtra eſt velitari de nomine, ſiue maioris facilitatis gratia, ſtatim aut Principatum ab Eccleſiæ regimine cum Synodo Conſtantienſi ſecernamus, vt infra cap. 5. explicabitur; ſiue cum Bellarmino & Vallio regimen monarchicum Eccleſiæ ariſtocrantia eſſentialiter temperari conſtituamus: quoniam vtrinque euidenter ac neceſſario inſurgit, *neque Papam, neque Epiſcopos ſeorſim, poſſe aliquid magni momenti, abſque ariſtocratica moderatione, & libero Eccleſiæ conſenſu, decernere*: Ex quo fit vt omnes Theologi doceant, *vim actualem obligandi legum, ab Eccleſiæ conſenſu,*

concenſu, & receptione pendere, quod eſt ſæpius dicendum. Equidem, ſicut nemo laudi alicuius Principis impenſius ſuffragari poteſt, quam ſi illum optimo, prudentiſſimo, atque ſapientiſſimo conſilio vti probet: ita ſi verum amamus, nulla alia re magis honori Papæ & Epiſcoporum velificabimur, quam ſi illos Ariſtocratica vti moderatione doceamus: *Quid enim tam indecens Eccleſiaſticis, quam voluntate pro lege vti?* inquit, S. Bernardus, tertio de Conſideratione, cap. 8.

III. Tertiò, Ariſtocraticum regimen Eccleſiæ, de quo precisè hîc agitur, omnium optimum & naturæ conuenientiſſimum eſſe perhibui, *vt demonſtrarem eſſentiale diſcrimen Eccleſiaſticæ & Politicæ poteſtatis*. Cum enim omnium Theologorum conſenſione poteſtas ciuilis, *poſt & propter peccatum Adami à Deo immediate inſtituta ſit*, Geneſeos cap. ix. verſ. 6. vt corporibus & temporalibus imperaret; idcirco ad vim externam cohibendam, ac rebelles, ſi opus

eſſet conterendos, gladio materiali neceſſario armari debuit: contra autem poteſtas Eccleſiaſtica, quoniam erecta eſt vt animas hominum Chriſto lucrifaceret; certumque eſt mentes humanas ſolo interno principio efficaciter moueri: Ideo animis præeſſe debet per actus Hierarchicos: *illuminando per doctrinam, purgando per pœnitentiam & cenſuras; deinde perficiendo reliquorum ſacramentorum adminiſtratione*: quæ quidem omnia in inuitum efficaciter non exercentur, ſi cenſuras excipias. Itaque, quando nihil eſt tam congruum & conſentiens humanæ naturæ quam ratione conſilioque optimo, & à principio interno gubernari: Lex autem gratiæ hac tantum via, nequaquam vero per vim, & coactionem externam, aut abſolutum imperium, ſicut poteſtates ſeculi, procedit: neceſſario relinquitur, genus regiminis Eccleſiæ, quod miniſteriale & ſpirituale eſt, omnium quidem optimum, naturæ conuenientiſſimum, ſuauiſſimum, & mitiſſi-

mum esse. Quocirca Apostolus cap. primo posterioris ad Corinthios. *Non dominamur vestræ fidei, sed adiutores sumus gaudij vestri, inquit:* vbi gloisa ex Ambrosio, *fides non patitur dominium, cum sit voluntatis non necessitatis.* Hercle DOMINVM ET DOMINARI, *absoluto gaudent imperio, & coniunctam habent coactionem externam cum pœnis temporalibus in peruicaces:* quod potestati ministeriali spirituali Ecclesiæ formaliter vt talis est minime conuenit. De natura autem potestatis Ecclesiasticæ, consule demonstrationem capitis 4. & 9.

IV. Quartò, M. Andreas Vallius me grauiter admodum proscindit, quod scripserim hunc fidei articulum, *Credo vnam sanctam Ecclesiam Catholicam, &c. Papa viuo aut mortuo esse veritatis sempiternæ: propterea quod lege euangelica stante, Christus diuortium cum Ecclesia sponsa facere non potest: quod de symbolico & ministeriali capite Romano Pontifice asseri non debet: quem saltem ad tempus adesse &*

ab esse videmus. Ille enim exclamat, *id portentosum, atque hæreticum esse:* Verumtamen hoc certo certius est, & à permultis Doctoribus scholæ Parisiensis, imo etiam à Belarmino ipso comprobatur. Cardinalis Alliacenus de authoritate Ecclesiæ, tertia parte cap. quarto, circa medium: *Ex his sexto infertur, ait, quod quamuis Papa concedatur esse caput Ecclesiæ, tamen hoc est sub principali & essentiali capite Christo: & ideo* SVBORDINATIO CORPORIS ECCLESIÆ AD PAPAM EST SOLVM ACCIDENTALIS, *sed essentialis ad Christum, à quo immediate habet authoritatem.* Ioannes Maior quarto sententiarum distinct. 24. quæst. tertia circa medium: *Ecclesia non* DICITVR VNA AB VNITATE CAPITIS MINISTERIALIS, SED A CHRISTO ET VNITATE FIDEI, *vt videre est post mortem Papæ, ante creationem alterius.* Item commentariis in caput XVIII. Matthæi, solutione, ad septimum argumentum Caietani. *Quando nullus est Papa, Ecclesia non*

eſt minus vna quam viuente Papa. QVIA ECCLESIA DICITVR VNA AB VNITATE CAPITIS ESSENTIALIS: *ſtat virum aliquem Papæ contradicere & eſſe de vnitate Eccleſiæ, dummodo ſtet ſub capite Chriſto.* Bellarminus libro ſecundo de Conciliorum authoritate, cap. 19. circa medium. *Amputato capite naturali, totum corpus moritur:* AT CORPVS ECCLESIÆ NON MORITVR MORTVO PAPA. Gloſſatores iuris Canonici *in Clementinis, cap. ne Romani §. non conſonam: Ad id quod dicitur non eſſe verſimile, filium Dei voluiſſe, mortuo Papa gregem fidelium eſſe ſine Paſtore, vel Eccleſiam ſine ſponſo: Reſpondeo, quod ſponſus, Rector, & Paſtor eſt Chriſtus, & caput Eccleſiæ, quæ eſt ipſius corpus, &c. licet ergo deficiat vicarius, non deficit principalis, quia vicariatus ſolum Petro & ſucceſſoribus Apoſtolis datus fuit.* Panormitanus *cap. Significaſti de electione*, ſub finem. *Omnes fideles orbis conſtituunt Eccleſiam vniuerſalem, cuius caput & ſponſus eſt ipſe Chriſtus: Papa autem eſt vicarius Chri-*

sti, ET NON VERE CAPVT ECCLESIÆ, *vt notat gloſſa in cap. ne Romani*, *quæ notabiliter dicit*, QVOD MORTVO PAPA ECCLESIA NON EST SINE CAPITE.

V. Quintò, Idem magiſter Andreas Vallius me criminatur, quod dixerim *Papam eſſe caput miniſteriale Eccleſiæ, & ſymbolicum*: vtque de poſteriori prius dicamus, *cum Romanus Pontifex, ſit ſymbolum, figura & ſimilitudo Chriſti monarchæ eſſentialis, atque vnitatis Eccleſiæ*, ſicut inter omnes conuenit Theologos, ideo illum caput ſymbolicum, & ſimilitudinarium capitis eſſentialis nuncupaui. Almainus de auctoritate Eccleſiæ cap. 8. reſponſione ad ſecundum argumentum Caietani: *Quamuis concedatur Petrum aut ſummum Pontificem quemcumque, eſſe caput totius Eccleſiæ vniuerſalis miniſteriale*: NON OPORTERE TAMEN OMNEM PROPRIETATEM CAPITIS PROPRIE DICTI REPERIRI IN ISTO CAPITE SIMILITVDINARIO: *& hoc præcipue, cum Eccleſia tota non dicatur corpus Pe-*

Digitized by Google

tri, ſed ſolum Chriſti corpus, vt patet ad Romanos 12. Multi vnum corpus ſumus in Chriſto. Equidem Belarminus lib. quarto de Romano Pontifice capite vigeſimo quinto, vocat *Papam* CAPVT MINISTERIALE EXTERNVM : & in Apendice ad libros de ſummo Pontifice cap. vigeſimo quarto. *Chriſtum igitur eſſe caput Eccleſiæ vniuerſæ libentiſſime confitemur : neque vllum hominem, ac ne Angelum quidem illi æquamus : quod eſſet proprie duo capita in Eccleſiæ corpore conſtituere : at quin ſub Chriſto ſummo capite, Vicarius eius in terris caput, vt ſic* DICAM MINISTERIALE, NON PRINCIPALE RECTE NOMINETVR, NEGARI NVLLO MODO POTEST. Hucuſque Belarminus.

VI. Sextò moleſte fert Vallius, me dixiſſe *præceptum de habendo Pontifice, eſſe affirmatiuum, non negatiuum: & ad ſemper non pro ſemper obligare,* attamen hoc veriſſimum & certiſſimum eſt, idque præcedens articulus quartus & quintus redargutionis,

atque experientia quotiana comprobat: videndus quoque Gerſonius de poteſtate Eccleſiaſtica conſideratione decima, à quo hanc mutuatus ſum propoſitionem: Cum enim Papa, ſit tantum caput miniſteriale, externum, mutabile, ortui atque intueritui obnoxium: certe inſurgit præceptum de habendo pontifice obligare quidem vt ſemper habeatur, quotieſcumque haberi poteſt, quod ſequenti articulo probatur.

VII. Septimo, negat Vallius Apoſtolicam ſedem poſt Marcellini Martyrium ſeptem annos vaccaſſe: Idque quia per hibui, *hoc impudens appellat mendacium.* Quod ſi mendacium eſt, præter Damaſum, qui id in ſuo pontificali aſſeruit, Anaſtaſius Biblothecarius, Luitprandus,& Abbo Floriacenſis, in vitis Romanorum Pontificum Cardinalis Cuſanus libro tertio de Concordantia cap. 41. & Genebrardus noſter in ſua Chronologia, quos authores ſequor, impudentis mendacij ſunt priùs conuincendi. Hercle cum

Digitized by Goog

apud omnes ſit in confeſſo, ſedem apoſtolicam aliquando tres aut circiter annos, poſt Clementis IV. obitum vacaſſe, inde continuo probatum remanet, *præceptum de habendo Pontifice, non eſſe negatiuum ſed affirmatiuum.*

CAPVT IV.

D. Petrus, eſt ſolummodo diſpenſator & caput miniſteriale: Chriſtus autem, Dominus abſolutus, fundator, caput, & fudamentum eſſentiale Eccleſiæ: vnde argumenta quæ ducuntur à capite miniſteriali ad eſſentiale caput, fallunt à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter.

SECVNDVM principium, docet D. Petrum eſſe tantummodo diſpenſatorem & caput miniſteriale, non do-

minum aut fundatorem Ecclesiæ: hoc enim vni, & soli Christo, capiti essentiali, per quem & propter quem substat Ecclesia, competit: qua de causa, Petrum sic alloquitur: Matthei 16. *Tu es Petrus, & super hanc petram, ædificabo Ecclesiam meam: & porte inferi non prævalebunt aduersus eam.* Audis? non dicit tuam Ecclesiam, aut portæ inferi non prævalebunt aduersum te. Similiter Ioannis 21. *Pasce oues meas, pasce agnos meos:* non dicit tuas oues, aut tuos agnos: vt ostenderet, Ecclesiasticos ad puram putam dispensationem, aut administrationem, non ad aliquem dominatum temporalem, aut principatum mere, & absolutè monarchicum, vocori. *Reges*

gentium dominantur eorum, vos autem non sic, Lucæ 22. & 1. Petri 5. *Pascite qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coacte, sed spontanei secundum Deum: neque dominantes in Cleris: sed forma, aut exemplum facti gregis, ex animo.* Quos scripturæ locos, D. Bernardus 2. ad Eugenium capite 5. ita explicat. *Iergo & tu, & tibi vsurpare aude, aut dominans apostolatum, aut apostolicus dominatum. Plane ab alterutro prohiberis, si vtrumque simul habere voles, perdes vtrumque: forma Apostolica hæc est, dominatio interdicitur, indicitur ministratio, quæ commendatur exemplo legislatoris: Ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat, &c.* Qua epanorthosi, D. Petrus, & Bernardus, specimen regiminis aristocratici, quod capite 5. 6. & 8. describetur, nobis

ponunt ante oculos. Non me latet, recentiores, vt ſua priuilegia expeditius propugnēt, obtendere Dominum hac voce, *paſce oues meas*, vni & ſoli Petro totam detuliſſe juriſdictionem Eccleſiaſticam, quo eam deinceps, pro animi ſui arbitrio, quibuſcunque vellet diſpartiretur. At ſacræ ſcripturæ oraculis, omnium antiquorum doctorum monimentis, necnon etiam ipſa praxi veteris Eccleſiæ, tam plane atque aperte confutantur, vt mirum ſit illos tam abſurda comminiſci audere. Siquidem, diuinum hoc proloquium, *paſce oues meas*, *&c.* primam ac plenam facultatem exequendi aut diſpenſandi legem diuinam, naturalem, & canonicam B. Petro capiti miniſteriali

confert, iuxta regulas temperamenti ariſtocratici: de quo conſule caput 9. Quibus ita poſitis, facilis remanet ſolutio iſtorum & ſimilium argumentorum: Petrus eſt petra, fundamentum, & caput Eccleſiæ: Ergo abſque illo ruit Eccleſia. Vel corpus ſine capite, riuus ſine fonte, radius ſine ſole, palmes ſine ſtipite, ramus à trunco abſciſſus perit, & ardet: Igitur etiam Eccleſia nequit ſubſiſtere ſine Papa. Quaſi vero, Romanus Pontifex eſſentiale & primarium, non ſecundarium, & miniſteriale caput Eccleſiæ eſſet: vnde præceptum habendi Pontificis, ad ſemper, non pro ſemper obligat, vt loquuntur ſcholaſtici.

DEMONSTRATIO CAPITIS IV.

1. *Quibuſnam fundamentis & ſcripturæ teſtimoniis, monarchicus Eccleſiæ principatus innitatur: & de dogmatica explicatione horum locorum,* TV ES PETRVS *& ſuper hanc petram:* PASCE OVES MEAS, *&c.*

2. *Dominum & ſpirituale miniſterium inter ſe ſe, velut duo contraria, opponi.*

1. HOc capite, quinam & qualis ſit Eccleſiæ principatus demonſtratur ſacræ ſcripturæ teſtimoniis: *Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam,* Matthæi 16. & Ioannis 21. *Paſce agnos meos, paſce oues meas*: qui loci, cum metaphorici atque allegorici ſint, vt ſola lectione claret, nullus eſt mortalium, qui poſt variam & multiplicem animi collectionem, inde, præter B. Petri primatum, quicquam aliud in-

ducere posſit, siue legat, *Tu es Petrus, aut petra, & super hanc petram, &c.* Vellemque rogatum, M. Andræam Vallium, ingenuè ac bona fide diceret, per quam Dialecticæ figuram, aut Theologiæ normam, hinc absolutam Papæ monarchiam, quam mordicus tuetur, posſit exculpere, atque effingere: hic ego absolutam voco monarchiam, regimen planè monarchicum ab vnius ſummi Pontificis arbitrio, & definitione absolutè pendens: quod neceſſario coniunctam habet poteſtatem dominandi aut cogendi, quam Chriſtus ſuis, tanquam poteſtati miniſteriali ſpirituali Eccleſiæ omnino contrariam, prohibet Lucæ 22. Etenim facta contentione inter diſcipulos Domini, quis eorum videretur maior, dixit eis: *Reges gentium dominantur eorum, vos autem non ſic: ſed qui maior eſt in vobis fiat ſicut minor: & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Ego autem in medio veſtrum ſum ſicut qui miniſtrat.* Quo in oraculo Domini, hæ tres voces, DOMINANTVR, PRÆCESSOR, ET MINISTRATOR,

sti, ET NON VERE CAPVT ECCLESIÆ, *vt notat gloſſa in cap. ne Romani, quæ notabiliter dicit*, QVOD MORTVO PAPA ECCLESIA NON EST SINE CAPITE.

V. Quintò, Idem magiſter Andreas Vallius me criminatur, quod dixerim *Papam eſſe caput miniſteriale Eccleſiæ, & ſymbolicum*: vtque de poſteriori prius dicamus, *cum Romanus Pontifex, ſit ſymbolum, figura & ſimilitudo Chriſti monarchæ eſſentialis, atque vnitatis Eccleſiæ*, ſicut inter omnes conuenit Theologos, ideo illum caput ſymbolicum, & ſimilitudinarium capitis eſſentialis nuncupaui. Almainus de auctoritate Eccleſiæ cap. 8. reſponſione ad ſecundum argumentum Caietani: *Quamuis concedatur Petrum aut ſummum Pontificem quemcumque, eſſe caput totius Eccleſiæ vniuerſalis miniſteriale*: NON OPORTERE TAMEN OMNEM PROPRIETATEM CAPITIS PROPRIE DICTI REPERIRI IN ISTO CAPITE SIMILITVDINARIO: *& hoc præcipue, cum Eccleſia tota non dicatur corpus Pe-*

i, ſed ſolum Chriſti corpus, vt patet d Romanos 12. Multi vnum corpus umus in Chriſto. Equidem Belarminus lib. quarto de Romano Pontifice capite vigeſimo quinto, vocat *Papam* CAPVT MINISTERIALE EXTERNVM : & in Apendice ad libros de ſummo Pontifice cap. vigeſimo quarto. *Chriſtum igitur eſſe caput Eccleſiæ vniuerſæ libentiſſime confitemur : neque vllum hominem, ac ne Angelum quidem illi æquamus : quod eſſet proprie duo capita in Eccleſiæ corpore conſtituere : at quin ſub Chriſto ſummo capite, Vicarius eius in terris caput, vt ſic* DICAM MINISTERIALE, NON PRINCIPALE RECTE NOMINETVR, NEGARI NVLLO MODO POTEST. Hucuſque Belarminus.

VI. Sextò moleſte fert Vallius, me dixiſſe *præceptum de habendo Pontifice, eſſe affirmatiuum, non negatiuum: & ad ſemper non pro ſemper obligare,* attamen hoc veriſſimum & certiſſimum eſt, idque præcedens articulus quartus & quintus redargutionis,

atque experientia quotiana comprobat: videndus quoque Gerſonius de poteſtate Eccleſiaſtica conſideratione decima, à quo hanc mutuatus ſum propoſitionem: Cum enim Papa, ſit tantum caput miniſteriale, externum, mutabile, ortui atque intuerirui obnoxium: certe inſurgit præceptum de habendo pontifice obligare quidem vt ſemper habeatur, quotieſcumque haberi poteſt, quod ſequenti articulo probatur.

VII. Septimo, negat Vallius Apoſtolicam ſedem poſt Marcellini Martyrium ſeptem annos vaccaſſe: Idque quia per hibui, *hoc impudens appellat mendacium.* Quod ſi mendacium eſt, præter Damaſum, qui id in ſuo pontificali aſſeruit, Anaſtaſius Bibliothecarius, Luitprandus, & Abbo Floriacenſis, in vitis Romanorum Pontificum Cardinalis Cuſanus [illegible] tertio de Concordantia [illegible] Genebrardus noſter in [illegible] logia, quos authores [illegible] mendacij ſunt [illegible] Hercle cum

apud omnes ſit in confeſſo, ſedem apoſtolicam aliquando tres aut circiter annos, poſt Clementis IV. obitum vacaſſe, inde continuo probatum remanet, *præceptum de habendo Pontifice, non eſſe negatiuum ſed affirmatiuum.*

CAPVT IV.

D. Petrus, eſt ſolummodo diſpenſator & caput miniſteriale: Chriſtus autem, Dominus abſolutus, fundator, caput, & fudamentum eſſentiale Eccleſiæ: vnde argumenta quæ ducuntur à capite miniſteriali ad eſſentiale caput, fallunt à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter.

SECVNDVM principium, docet D. Petrum eſſe tantummodo diſpenſatorem & [illegible]it miniſteriale, non do-

minum aut fundatorem Ecclesiæ: hoc enim vni, & soli Christo, capiti essentiali, per quem & propter quem substat Ecclesia, competit: qua de causa, Petrum sic alloquitur: Matthei 16. *Tu es Petrus, & super hanc petram, ædificabo Ecclesiam meam: & porte inferi non prævalebunt aduersus eam.* Audis? non dicit tuam Ecclesiam, aut portæ inferi non prævalebunt aduersum te. Similiter Ioannis 21. *Pasce oues meas, pasce agnos meos*: non dicit tuas oues, aut tuos agnos: vt ostenderet, Ecclesiasticos ad puram putam dispensationem, aut administrationem, non ad aliquem dominatum temporalem, aut principatum mere, & absolutè monarchicum, vocori. *Reges*

gentium dominantur eorum, vos autem non sic, Lucæ 22. & 1. Petri 5. *Pascite qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coacte, sed spontanei secundum Deum: neque dominantes in Cleris: sed forma, aut exemplum facti gregis, ex animo.* Quos scripturæ locos, D. Bernardus 2. ad Eugenium capite 5. ita explicat. *Iergo & tu, & tibi vsurpare aude, aut dominans apostolatum, aut apostolicus dominatum. Plane ab alterutro prohiberis, si vtrumque simul habere voles, perdes vtrumque: forma Apostolica hæc est, dominatio interdicitur, indicitur ministratio, quæ commendatur exemplo legislatoris: Ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat, &c.* Qua epanorthosi, D. Petrus, & Bernardus, specimen regiminis aristocratici, quod capite 5. 6. & 8. describetur, nobis

ponunt ante oculos. Non me latet, recentiores, vt ſua priuilegia expeditius propugnēt, obtendere Dominum hac voce, *paſce oues meas*, vni & ſoli Petro totam detuliſſe juriſdictionem Eccleſiaſticam, quo eam deinceps, pro animi ſui arbitrio, quibuſcunque vellet diſpartiretur. At ſacræ ſcripturæ oraculis, omnium antiquorum doctorum monimentis, necnon etiam ipſa praxi veteris Eccleſiæ, tam plane atque aperte confutantur, vt mirum ſit illos tam abſurda comminiſci audere. Siquidem, diuinum hoc proloquium, *paſce oues meas, &c.* primam ac plenam facultatem exequendi aut diſpenſandi legem diuinam, naturalem, & canonicam B. Petro capiti miniſteriali

confert, iuxta regulas temperamenti ariſtocratici: de quo conſule caput 9. Quibus ita poſitis, facilis remanet ſolutio iſtorum & ſimilium argumentorum: Petrus eſt petra, fundamentum, & caput Eccleſiæ: Ergo abſque illo ruit Eccleſia. Vel corpus ſine capite, riuus ſine fonte, radius ſine ſole, palmes ſine ſtipite, ramus à trunco abſciſſus perit, & ardet: Igitur etiam Eccleſia nequit ſubſiſtere ſine Papa. Quaſi vero, Romanus Pontifex eſſentiale & primarium, non ſecundarium, & miniſteriale caput Eccleſiæ eſſet: vnde præceptum habendi Pontificis, ad ſemper, non pro ſemper obligat, vt loquuntur ſcholaſtici.

ducere posſit, siue legat, *Tu es Petrus, aut petra, & super hanc petram, &c.* Vellemque rogatum, M. Andræam Vallium, ingenuè ac bona fide diceret, per quam Dialecticæ figuram, aut Theologiæ normam, hinc absolutam Papæ monarchiam, quam mordicus tuetur, posſit exculpere, atque effingere: hic ego absolutam voco monarchiam, regimen planè monarchicum ab vnius ſummi Pontificis arbitrio, & definitione absolutè pendens: quod necessario coniunctam habet potestatem dominandi aut cogendi, quam Christus suis, tanquam potestati ministeriali spirituali Ecclesiæ omnino contrariam, prohibet Lucæ 22. Etenim facta contentione inter discipulos Domini, quis eorum videretur maior, dixit eis: *Reges gentium dominantur eorum, vos autem non sic: sed qui maior est in vobis fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut ministrator. Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat.* Quo in oraculo Domini, hæ tres voces, DOMINANTVR, PRÆCESSOR, ET MINISTRATOR,

sti, ET NON VERE CAPVT ECCLESIÆ, *vt notat gloſſa in cap. ne Romani, quæ notabiliter dicit*, QVOD MORTVO PAPA ECCLESIA NON EST SINE CAPITE.

V. Quintò, Idem magiſter Andreas Vallius me criminatur, quod dixerim *Papam eſſe caput miniſteriale Eccleſiæ, & ſymbolicum*: vtque de poſteriori prius dicamus, *cum Romanus Pontifex, ſit ſymbolum, figura & ſimilitudo Chriſti monarchæ eſſentialis, atque vnitatis Eccleſiæ*, ſicut inter omnes conuenit Theologos, ideo illum caput ſymbolicum, & ſimilitudinarium capitis eſſentialis nuncupaui. Almainus de auctoritate Eccleſiæ cap. 8. reſponſione ad ſecundum argumentum Caietani: *Quamuis concedatur Petrum aut ſummum Pontificem quemcumque, eſſe caput totius Eccleſiæ vniuerſalis miniſteriale*: NON OPORTERE TAMEN OMNEM PROPRIETATEM CAPITIS PROPRIE DICTI REPERIRI IN ISTO CAPITE SIMILITVDINARIO: *& hoc præcipue, cum Eccleſia tota non dicatur corpus Pe-*

tri, ſed ſolum Chriſti corpus, vt patet ad Romanos 12. Multi vnum corpus ſumus in Chriſto. Equidem Belarminus lib. quarto de Romano Pontifice capite vigeſimo quinto, vocat *Papam* CAPVT MINISTERIALE EXTERNVM : & in Apendice ad libros de ſummo Pontifice cap. vigeſimo quarto. *Chriſtum igitur eſſe caput Eccleſiæ vniuerſæ libentiſſime confitemur : neque vllum hominem, ac ne Angelum quidem illi æquamus : quod eſſet proprie duo capita in Eccleſiæ corpore conſtituere : at quin ſub Chriſto ſummo capite, Vicarius eius in terris caput, vt ſic* DICAM MINISTERIALE, NON PRINCIPALE RECTE NOMINETVR, NEGARI NVLLO MODO POTEST. Hucuſque Belarminus.

VI. Sextò moleſte fert Vallius, me dixiſſe *præceptum de habendo Pontifice, eſſe affirmatiuum, non negatiuum: & ad ſemper non pro ſemper obligare,* attamen hoc veriſſimum & certiſſimum eſt, idque præcedens articulus quartus & quintus redargutionis,

atque experientia quotiana comprobat: videndus quoque Gerſonius de poteſtate Eccleſiaſtica conſideratione decima, à quo hanc mutuatus ſum propoſitionem: Cum enim Papa, ſit tantum caput miniſteriale, externum, mutabile, ortui atque intueritui obnoxium: certe inſurgit præceptum de habendo pontifice obligare quidem vt ſemper habeatur, quotieſcumque haberi poteſt, quod ſequenti articulo probatur.

VII. Septimo, negat Vallius Apoſtolicam ſedem poſt Marcellini Martyrium ſeptem annos vaccaſſe: Idque quia per hibui, *hoc impudens appellat mendacium.* Quod ſi mendacium eſt, præter Damaſum, qui id in ſuo pontificali aſſeruit, Anaſtaſius Biblothecarius, Luitprandus, & Abbo Floriacenſis, in vitis Romanorum Pontificum Cardinalis Cuſanus libro tertio de Concordantia cap. 41. & Genebrardus noſter in ſua Chronologia, quos authores ſequor, impudentis mendacij ſunt priùs conuincendi. Hercle cum

apud omnes ſit in confeſſo, ſedem apoſtolicam aliquando tres aut circiter annos, poſt Clementis IV. obitum vacaſſe, inde continuo probatum remanet, *præceptum de habendo Pontifice, non eſſe negatiuum ſed affirmatiuum.*

CAPVT IV.

D. Petrus, eſt ſolummodo diſpenſator & caput miniſteriale: Chriſtus autem, Dominus abſolutus, fundator, caput, & fudamentum eſſentiale Eccleſiæ: vnde argumenta quæ ducuntur à capite miniſteriali ad eſſentiale caput, fallunt à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter.

SECVNDVM principium, docet D. Petrum eſſe tantummodo diſpenſatorem & caput miniſteriale, non do-

minum aut fundatorem Ecclesiæ: hoc enim vni, & soli Christo, capiti essentiali, per quem & propter quem substat Ecclesia, competit: qua de causa, Petrum sic alloquitur: Matthei 16. *Tu es Petrus, & super hanc petram, ædificabo Ecclesiam meam: & porte inferi non prævalebunt aduersus eam.* Audis? non dicit tuam Ecclesiam, aut portæ inferi non prævalebunt aduersum te. Similiter Ioannis 21. *Pasce oues meas, pasce agnos meos:* non dicit tuas oues, aut tuos agnos: vt ostenderet, Ecclesiasticos ad puram putam dispensationem, aut administrationem, non ad aliquem dominatum temporalem, aut principatum mere, & absolutè monarchicum, vocori. *Reges*

gentium dominantur eorum, vos autem non ſic, Lucæ 22. & 1. Petri 5. *Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei, prouidentes non coacte, ſed ſpontanei ſecundum Deum: neque dominantes in Cleris: ſed forma, aut exemplum facti gregis, ex animo.* Quos ſcripturæ locos, D. Bernardus 2. ad Eugenium capite 5. ita explicat. *Iergo & tu, & tibi vſurpare aude, aut dominans apoſtolatum, aut apoſtolicus dominatum. Plane ab alterutro prohiberis, ſi vtrumque ſimul habere voles, perdes vtrumque: forma Apoſtolica hæc eſt, dominatio interdicitur, indicitur miniſtratio, quæ commendatur exemplo legiſlatoris: Ego in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat, &c.* Qua epanorthoſi, D. Petrus, & Bernardus, ſpecimen regiminis ariſtocratici, quod capite 5. 6. & 8. deſcribetur, nobis

ponunt ante oculos. Non me latet, recentiores, vt ſua priuilegia expeditius propugnēt, obtendere Dominum hac voce, *paſce oues meas*, vni & ſoli Petro totam detuliſſe juriſdictionem Eccleſiaſticam, quo eam deinceps, pro animi ſui arbitrio, quibuſcunque vellet diſpartiretur. At ſacræ ſcripturæ oraculis, omnium antiquorum doctorum monimentis, necnon etiam ipſa praxi veteris Eccleſiæ, tam plane atque aperte confutantur, vt mirum ſit illos tam abſurda comminiſci audere. Siquidem, diuinum hoc proloquium, *paſce oues meas*, *&c.* primam ac plenam facultatem exequendi aut diſpenſandi legem diuinam, naturalem, & canonicam B. Petro capiti miniſteriali

confert, iuxta regulas temperamenti ariſtocratici: de quo conſule caput 9. Quibus ita poſitis, facilis remanet ſolutio iſtorum & ſimilium argumentorum: Petrus eſt petra, fundamentum, & caput Eccleſiæ: Ergo abſque illo ruit Eccleſia. Vel corpus ſine capite, riuus ſine fonte, radius ſine ſole, palmes ſine ſtipite, ramus à trunco abſciſſus perit, & ardet: Igitur etiam Eccleſia nequit ſubſiſtere ſine Papa. Quaſi vero, Romanus Pontifex eſſentiale & primarium, non ſecundarium, & miniſteriale caput Eccleſiæ eſſet: vnde præceptum habendi Pontificis, ad ſemper, non pro ſemper obligat, vt loquuntur ſcholaſtici.

ducere poſſit, ſiue legat, *Tu es Petrus, aut petra, & ſuper hanc petram, &c.* Vellemque rogatum, M. Andræam Vallium, ingenuè ac bona fide diceret, per quam Dialecticæ figuram, aut Theologiæ normam, hinc abſolutam Papæ monarchiam, quam mordicus tuetur, poſſit exculpere, atque effingere: hic ego abſolutam voco monarchiam, regimen planè monarchicum ab vnius ſummi Pontificis arbitrio, & definitione abſolutè pendens: quod neceſſario coniunctam habet poteſtatem dominandi aut cogendi, quam Chriſtus ſuis, tanquam poteſtati miniſteriali ſpirituali Eccleſiæ omnino contrariam, prohibet Lucæ 22. Etenim facta contentione inter diſcipulos Domini, quis eorum videretur maior, dixit eis: *Reges gentium dominantur eorum, vos autem non ſic: ſed qui maior eſt in vobis fiat ſicut minor: & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Ego autem in medio veſtrum ſum ſicut qui miniſtrat.* Quo in oraculo Domini, hæ tres voces, DOMINANTVR, PRÆCESSOR, ET MINISTRATOR,

conrrouerſiam de poteſtate Eccleſiaſtica ſubortam plane atque aperte dirimunt: oſtenduntque DOMINIVM, ATQVE MINISTERIVM SPIRITVALE, *tanquam duo contraria inter ſe ſe opponi:* vt etiam S. Bernardus laudatus à Richerio cap. 4. libelli de Eccleſiaſtica & politica poteſtate nominatim docet. Nam ſicut *dominatus & dominatio*, abſolutum & plane monarchicum imperium cum poteſtate vitæ & necis, quæ ſolis poteſtatibus ſæculi propria eſt, ſignificant: ita *nomen Præceſſoris* ſolum primatum, & *Miniſtratoris*, vnicam & ſolam poteſtatem miniſterialem, nudam omni dominatu & facultate irrogandi corporales aut temporales pœnas cum externa coactione, ſignificat: *Siquidem excommunicatio non eſt coactio, ſed tantum excluſio à rerum diuinarum conſortio & participatione:* vnde ſi preſſe & proprie loquamur, vt Theologos oportet, *potius eſt negatiua, quam poſitiua pœna.* Quocirca omnes textus ſcripturæ ac Petrum ſpectantes ad iuriſdictionem Eccleſiaſticam, cuiuſmodi

modi ſunt *facultas clauium, ligandi & ſoluendi, remittendi atque retinendi peccata: paſcendi oues Chriſti, cum ipſo ſacerdotio Chriſti Eccleſiæ credito:* nullomodo ad abſolutam aut pure monarchicam poteſtatem, ſed ad miniſterium ſpirituale gubernandi Eccleſiam per actus hierarchicos, neceſſario redigi debent: & conſequenter, omnes Apoſtoli atque ipſemet Petrus, ex vi ſuæ inſtitutionis atque officij, ſunt Chriſti, atque ipſius Eccleſiæ miniſtri: qualem ſe eſſe S. Paulus non erubeſcit profiteri, ſecundæ Corinth. 4. *Non enim noſmetipſos prædicamus, ſed Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum: Nos autem* SERVOS VESTROS *per Ieſum.* Quem ad locum Ambroſius, *ſeruos pro miniſtris poſuit, ſicut & Dominus dicit, Ego ſum in medio veſtrum non vt miniſtrer, ſed vt miniſtrem.* Et cap. primo ad Coloſſenſes, *adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea pro corpore eius quod eſt Eccleſia,* ἧς ἐγὼ διάκονος *cuius factus ſum miniſter*, Eccleſiæ ſcilicet: vbi gloſſa *Prælati non ſunt Eccleſiæ Domini,*

ſed miniſtri. Hercle poteſtas miniſterialis Eccleſiæ, à poteſtate dominandi & cogendi, eſſentialiter abhorret: certumque eſt Primatum S. Petro conceſſum in ordine ad regimen ariſtocraticum, vt cap. iii. demonſtratum eſt. Vtrum autem Papa ſit abſolutus Monarcha Eccleſiæ, accuratius dignoſci nequit quam definitione regalis Monarchiæ, *quæ ſuprema eſt poteſtas vnius, ad abſolute regendos homines ſubditos ſecundum ius diuinum naturale, illoſque cogendos vt imperata faciant* Quam abſolutam poteſtatem Pontifici conuenire impoſſibile eſt: tum quia canonibus conciliorum generalium ſubijcitur, quarta & quinta ſeſſione Conſtantienſis ſynodi: tum quia non poteſt alio modo Chriſtianos cogere quam per excommunicationem: *quamquidem in vllam communitatem collectim ſumptam, multoque minus in aliquam diœceſim vel vniuerſalem Eccleſiam, ſerre non poteſt:* neque excommunicatio poteſt dici coactio, vt iam probauimus: & conſequenter Eccleſia proprie nullum ius habet

cogendi extrinſece: quod monarchæ abſoluto plane repugnat: conſule infra demonſtrationem capitis noni.

CAPVT V.

In Eccleſia, ſtatus à regimine diſtinguitur: nam ſtatus monarchicus eſt, ad vnitatem atque ordinem vindicandum, necnon ad efficacem exequutionem canonum: regimen vero ariſtocraticum, propter ſalutare conſilium, infallibilem prouidentiam, & conſtitutiones canonum: Eccleſia enim canone non abſoluta poteſtate regitur.

TERTIVM principium, ſtatum Eccleſiæ ab eiuſdem regimine diſtinguit: ſtatus enim monarchicus eſt, tum ad vnitatem atque ordinem

vindicandum, cum ad exequutionem canonum, quæ Romano Pontifici, velut capiti ministeriali congruit: regimen vero aristocraticum, propter solidam prouidentiam, efficax consilium, & constitutiones eorumdem canonum: quam ob causam capite 1. diximus, *Claues toti datas fuisse Ecclesiæ, vt per vnum exercerentur.* Enimuero, canone aut concilio Ecclesiam sponsam gubernari voluit Dominus, quo Romani Pontifices, atque alij Episcopi, nihil quicquam magni momenti de proprio motu, aut oligarchici concilij suasione decernerent; sed aristocraticum Ecclesiæ concilium, frequenter cogerent, ac consulerent: Ideoque ab antiquis Patribus sancitum leginus, vt

Digitized by Google

ſingulis annis prouincialia concilia bis conuocarentur. Quæ autem eſt ratio œcumenici concilij ad Romanum Pontificem, eadem quoque & ſynodorum particularium ad ſuos Epiſcopos: quoniam particulares Eccleſias itidem canone, non abſoluta poteſtate, à propriis Epiſcopis gubernari oportet. Porro ſenatum aut conſilium natiuum Eccleſiæ à Domino inſtitutum, vocamus, non modo Epiſcopos, verumetiam omnes presbyteros curam animarum habentes: quorum illi Apoſtolis: hi vero LXXII. diſcipulis ſucceſſerunt, diſt. 68. *can. Chorepiſcopi: 16. quæſt. 1. can. Eccleſia; & diſt. 23. can. presbyter.* Etenim, quondam preſbyteri Eccleſiam in commune regebant,

vt D. Hieronymus auctor est, *can. legimus, dist. 93.*

DEMONSTRATIO CAPITIS V.

1. De statu atque regiminis Ecclesiæ differentia.

2. Collegium Cardinalium, ex vi suæ institutionis, ad Concilium aristocraticum Ecclesiæ pertinere.

5. Quodnam sit natiuum Ecclesiæ Concilium à Christo institutum, & quid sit definire ex Cathedra.

4. Episcopos iure diuino Apostolis, atque presbyteros LXXII. *discipulis succedere, & debere Ecclesiam in commune regere.*

I. IN hoc capite quatuor præsertim lucem nostræ explicationis desiderant: primum quonam modo status aut principatus Ecclesiæ, ab eiusdem regimine distinguatur: quod vt innotescat, scire opus est, in electiuo

principatu ariſtocratica moderatione temperato, qualis eſt Eccleſia, Imperium Germaniæ, & Regnum Poloniæ, nequaquam ad voluntatem Principis, ſed vel à Deo, vel à Republica Conſilium inſtitui: ex quo fit, vt principes Eccleſiæ, Imperator Germaniæ, atque Rex Poloniæ, neceſſario ac eſſentialiter ad audiendum & ſequendum eiuſmodi Conſilium, tanquam legem & regulam omnium agendorum, obligentur: quare in eiuſmodi principatibus electiuis, Conſilium regimen conſtituit: atque exequutio regiminis principibus relinquitur: contra quam fit in pure regio aut monarchico principatu: vbi Princeps quoſcumque vult conſiliarios ſibi deligit, quorum ſententiam & conſilium non pro norma aut lege inuariabili, ſed tantum pro opinione & ratione, ſponte ac libere ſequitur, aut amplectitur. Itaque in regio & pure Monarchico principatu, qualis eſt regnum Franciæ, idem plane eſt ſtatus cum regimine: ſecus quam fit in electiuo

principatu, vbi ſtatus à regimine diſtinguitur. Quam differentiam regiminis & ſtatus Eccleſiæ, patres Conſtantienſes nobis diſtincte conſecrarunt: & primo quidem regimen ariſtocraticum 4. & 5. ſeſſione: *vbi decernunt Eccleſiam, immediate habere auctoritatem à Chriſto, & Concilium vniuerſale legitime congregatum Eccleſiam Catholicam repræſentare: eamque ob cauſam quemlibet cuiuſcumque ſtatus vel dignitatis, etiamſi Papalis exiſtat, teneri obedire generali Concilio, in iis quæ pertinent ad fidem, extirpationem ſchiſmatis, & reformationem Eccleſiæ in capite & in membris.* Qua conſtitutione liquet Eccleſiæ regimen eſſe ariſtocraticum, & *Papam canonibus Conciliorum generalium, quo ad directionem, & coactionem, obligari:* quod ipſum à priori cap. 1. & 2. huius demonſtrationis, ex immediata Eccleſiæ authoritate probauimus. Sed venio ad ſtatum aut principatum monarchicum Eccleſiæ, de quo iidem patres Conſtantienſes ſeſſ. 8. articulo 41. errorum Ioannis Vvicleff: hic enim cum

Eccleſiæ

Ecclesiæ Romanæ Primatum pernegaret, synodus ita decernit in contrarium : *Error est, si per Romanam Wicleff intelligat vniuersalem Ecclesiam, aut Concilium generale : aut pro quanto negaret primatum summi Pontificis super alias particulares Ecclesias.* Qua declaratione edocemur, *particulares Ecclesias disgregatas, genuinum esse obiectum Primatus, vel potestatis Papalis* : nimirum vt Pontifex, eas secundum ius diuinum, naturale, & canonicum moderetur: atque etiam in eundum finem canones aut leges condat in actu primo, si res postulet: quoniam actus secundus, id est formalis & actualis causa obligandi, ab receptione, & Ecclesiæ consensu manat: idque argumento certissimo est, Ecclesiam canone, non absoluta, & pure monarchica potestate gubernari. Certe *Papæ auctoritas quanta, quanta, tota est in ordine ad aristocraticum regimen*: itaut etiam in canonibus exequendis, si aristocratico regimini ad pacem & concordiam Ecclesiæ seruandam videatur,

vt Papa ſuperſedeat, hic ceſſare debeat : quod exemplo Victoris PP. confirmatur, quem Eccleſiæ ſingulares noluerũt canonem à ſe factum de Paſchate die Dominica celebrando in rem iudicatam mittere erga Aſiæ Eccleſias, ne pax & vnitas illarum Eccleſiarum turbaretur : lege Euſebium lib. quinto hiſtoriæ cap. vigeſimo ſecundo, 23. & 24.

II. Secundò me criminis accerſunt, quaſi nomine Oligarchici Concilij, Collegium Cardinalium deſignare voluerim : quam calumniam ſi confirmatam cupiunt, ante efficiant oportet, Epiſcopos, ſicut & Papam, habere pariter collegium Cardinalium : ſiquidem hoc ipſo capite, ego æque de Epiſcoporum quam de Papæ gubernatione diſputo : quoniam ſacris canonibus compertum habeo, *omnia negotia Eccleſiaſtica cuiuſcumque prouinciæ, ſynodo prouinciali eſſe definienda, canone quinto Nicæno, & ſecundo Conſtantinopolitano.* Hæc mea ſunt genuina verba, quæ meis conuitiatoribus ruborem

debent ſuffundere: *Quo Romani Pontifices atque alij Epiſcopi nihil quicquam magni momenti, de proprio motu, aut oligarchici concilij ſuaſione decernerent, ſed ariſtocraticum Eccleſiæ concilium frequenter cogerent, ac conſulerent.* Porro quotuſquiſque poteſt ambigere quin ex norma regiminis ariſtocratici, æqualiter Epiſcopis, quam Pontifici incumbat, nihil quicquam de priuato motu aut oligarchici Concilij ſuaſione in rebus arduis peragere? cum vt toties, necdum ſatis inculcatum eſt, leges non obligent niſi recipiantur? At vero tantum abeſt vt Cardinales ad oligarchicum, id eſt paucorum & priuatorum concilium pertineant, cum ex vi & natura ſuæ inſtitutionis primariæ, ariſtocraticum efficiant concilium. Nam authore Cypriano Epiſtola 55. ad Cornelium Papam ſub finem: *Florentiſſimus Clerus Romanus cum Cornelio præſidebat*, propria ſunt verba: Clerus autem presbyteris atque Diaconibus præſertim conſtabat: quiquidem tum demum Collegium

Cardinalium conflauerunt : eſtque progreſſu temporis ita conſtitutum, vt quandam Epitomen generalis Concilij referret : quoniam teſte S. Bernardo quarto de conſideratione capite quinto , ex Gerardi Voſſij recenſione, quam ſequor, Cardinali Cuſano ſecundo de Concordantia catholica cap. decimo tertio , & vigeſimo primo , ſynodo Baſileenſi ſeſſione 23. *Cardinales totum orbem indicaturi, de toto orbe proportionatim aſſumi debent* : ſunt enim tanquam legati & procuratores vniuerſalis Eccleſiæ, tum vt ſede vacante ſummum Pontificem deligant: *tum vt ei pro ariſtocratico conſilio adſideant*, inquit Gerſonius de poteſtate Eccleſiaſtica conſiderationc decima tertia : videndus etiam illuſtriſſimus collegij Cardinalitij fundator *Ioannes Monachus, capite ſuper to , de hæreticis in ſexto.* Item Cuſanus libro ſecundo de Concordantia , capite vigeſimo , vbi aſſerit, *vltimam eſſe reſolutionem , quod in tangentibus vniuerſalem Eccleſiam, Papa ſine Cardi-*

nalium collegio nihil possit statuere.

III. Tertiò, ambigitur, *quid per natiuum Ecclesiæ concilium* Richerius designer: Respondeo illos ipsos natiuum Ecclesiæ concilium efficere, quos Dominus alloquitur Matthæi XVIII. *Dic Ecclesiæ, qui Ecclesiam non audierit, &c. Amen dico vobis quæcumque alligaueritis super terram, &c.* Constat vero Christum ibidem Apostolos atque discipulos, qui Episcopalem & presbyteralem ordinem referebant, affari: & continuo Episcopos atque presbyteros *tanquam Cathedræ & regiminis Ecclesiæ participes, natiuum Ecclesiæ concilium conflare*: vnde ibidem Dominus Ecclesiæ sacerdotali, siue ordini Hierarchico, facultatem se se congregandi in Synodum tribuit: *Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, &c. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Et hinc liquet, *quidnam sit proprie definire ex Cathedra*: Siquidem patres Nicæni in vim & robur huius facultatis à Christo concessæ,

decernunt vt ſynodi Prouinciales annuatim, ad naſcentes controuerſias definiendas, bis congregentur: Quibus in ſynodis præſertim Epiſcopi atque preſbyteri controuerſias omnes decidebant: hic quintum canonem Nicænum integrum exſcribam, ex editione & verſione Romana. *De ijs qui communione priuantur ſeu ex clero, ſeu ex laico ordine ab Epiſcopis, per vnamquamque Prouinciam, ſententia regularis obtineat, vt hi qui abijciuntur, ab alijs non recipiantur. Requiratur autem ne puſillanimitate aut alio quolibet Epiſcopi vitio, videatur à congregatione ſecluſus. Vt hoc ergo decentius inquiratur, bene placuit annis ſingulis per vnamquamque prouinciam, bis in anno concilia celebrari, vt communiter omnibus ſimul Epiſcopis congregatis prouinciæ, diſcutiantur huiuſmodi quæſtiones: & ſic qui peccauerint euidenter, Epiſcopo, excommunicati rationabiliter ab omnibus æſtimentur: vſquequo vel in communi, vel Epiſcopo placeat humaniorem pro talibus ferre ſententiam. Concilia vero celebrentur, vnum*

quidem ante quadrageſimam Paſchæ, vt omni diſſenſione ſublata, munus offeratur Deo puriſſimum; ſecundum vero circa tempus Autumni: Hactenus Patres Nicæni: quibus & Conſtantinopolitani ita ſuffragantur Can. 11. *Manifeſtum eſt quod ea quæ ad vnamquamque prouinciam pertinent, ſynodus prouinciæ adminiſtret, ſecundum ea quæ Niceæ definita ſunt*: adnectendus pariter & ſextus canon eiuſdem ſynodi Conſtantinopolitanæ, atque Antiochenæ, quibus clariſſime patet *Eccleſias iure communi & Ariſtocratico regimine tum gubernari ſolitas*: eamque ob rem Epiſcopos ſingularum prouinciarum bis in annos ſingulos ad ſynodum prouincialem confluxiſſe, vt cuncta negotia ſynodice, & canonice definirentur. Id quidem adeo, vt ſi Epiſcopus aliquis, etiam Romanus, quempiam laicum aut clericum excommunicaſſet, & hi de ſententia Epiſcopi grauarentur, ac coram ſynodo quererentur: cauſa de integro in ſynodo prouinciali tractaretur, atque confirmaretur,

aut antiquaretur. Vnde Patres sexti concilij Carthaginensis, quos inter S. Augustinus sedebat, Cælestino 1. Pontifici rescribunt, *vnicuique concessum esse, si iudicio offensus fuerit Episcoporum, ad Concilium suæ prouinciæ vel etiam ad vniuersale prouocare.* Ex quo clare dignoscitur, tum nemini Episcoporum quicquam proprio & priuato motu, aut absoluto imperio licitum decernere: atque singulos Episcopos suas priuatas Ecclesias in solidum gubernasse, conformiter ad quintum canonem Nicænum: idque est demonstratio praxis Aristocraticæ gubernationis Ecclesiarum, quam ex canonibus octo primorum Conciliorum generalium certissime repetes.

IV. Quartò, quoniam ego hoc capite docui presbyteros habentes curam animarum ad natiuum Ecclesiæ concilium pertinere: Inde maleuoli quidam persuadere voluerunt, me presbyteros omnino æquare Episcopis: quasi iure diuino Episcopi à presbyteris non distingue-

rentur: quod eſt falſiſſimum, neque ex libello meo colligi poteſt. Verum quando omnes Doctores catholici conſentiunt, primum atque eminentiorem gradum ſacerdotij Chriſti, qui vnus eſt ſpecie in tota Eccleſia, eodem iure Epiſcopis ſuper preſbyteros competere, quo olim Apoſtolis ſuper LXXII. diſcipulos conueniabat: & nemo in dubium reuocat, quin Apoſtoli iure diuino LXXII. diſcipulis anteirent: hinc neceſſario conſurgit, Epiſcopos iure diuino preſbyteris antecellere: quoniam ex diuina inſtitutione certiſſimum eſt, Epiſcopos iure ordinario Apoſtolis, & preſbyteros LXXII. diſcipulis ſucceſſiſe, *can. in nouo diſtinct. 21. can. Chorepiſcopi diſtinct. 68. & can. 14. ſynodi Neocæſarienſis.* Quibus canonibus edocemur, diſcipulos Domini, in duos gradus fuiſſe diſtinctos: Apoſtolorum, & LXXII. diſcipulorum: atque Epiſcopos Apoſtolis, & preſbyteros LXXII. diſcipulis, iure inquam diuino ſucceſſiſſe: quoniam Eccleſia ad poſteros

iure diuino tranſmittenda, & propaganda neceſſario fuit: non autem in ſolis Apoſtolis atque diſcipulis finienda. Cæterum preſbyteros, in vim ſuæ ordinationis propter Chriſti ſacerdotium, cuius in ſolidum participes fiunt, proportionatim in conſortium Cathedræ atque regiminis Eccleſiæ venire, partim ex Actis Apoſtolorum, partim ex Concilijs, hiſtoria Eccleſiaſtica, & ſcriptis Patrum colligimus. Equidem olim preſbyteri in commune cum Epiſcopis viuebant, hoſque ſemper circumſtabant, *erantque ſenatus Eccleſiæ*, vt eos Hieronymus commentariis in caput tertium Eſaiæ vocat: *Nam habemus in Eccleſia ſenatum noſtrum cœtum preſbyterorum*, inquit: quem locum Gratianus, 16. *quæſt. 1. Canone Eccleſia*, perperam laudauit ex Hieronymi Epiſtola ad Ruſticum, & contra eiuſdem ſenſum ad Monachos detorſit, quare locus ille in decreto Gregorij XIII. ſuo priſtino & genuino nitori aſſeritur. Ad hæc quoque facit, *diſtinct. 23.*

canon. Presbyter cum ordinatur, Episcopo eum benedicente, & manum super caput eius tenente, etiam omnes Presbyteri qui præsentes sunt, manus iuxta manum Episcopi super caput illius teneant. Item *can. Episcopus 15. quæst. 7. Episcopus nullius causam audiat absque præsentia suorum clericorum: alioquin irrita erit sententia Episcopi, nisi Clericorum sententia confirmetur.* Equidem nullus, modo S. Cypriani Epistolas, & duos priores tomos Conciliorum legerit, potest ignorare, presbyteros cum Episcopis negotia Ecclesiæ, in synodis definiuisse: Insuper extant in tabulario facultatis Parisiensis aliquot decreta, ad calcem huius Demonstrationis edita, quibus declaratur *Curatos esse Hierarchas Ecclesiæ*: quorum meminit Gersonius de potestate Ecclesiastica consideratione 12. sub finem, disputans vtrum Curati vocem habeant definitiuam in Concilijs: *Facit ad hoc*, inquit, *determinatio sacræ facultatis Theologiæ Parisiensis, nuper edita contra temeritatem extollentium priuilegiatos super Cu-*

ratos in prædicationibus & confessionibus: vbi sic dicitur, Domini Curati sunt in Ecclesia minores Prælati, & Hierarchæ, ex primaria institutione Christi, &c. Huc & accurrit canon sextus sess. 23. concilij Tridentini: *Si quis dixerit in Ecclesia Catholica, non esse Hierarchiam diuina ordinatione institutam, quæ constat Episcopis, presbyteris, & ministris, anathema sit.* Iam dixi Cyprianum Epistola 55. ad Cornelium nominatim docere, *Clerum florentissimum Romanæ Ecclesiæ cum Cornelio præsidere.* Hoc autem aristocraticum regimen indicat.

CAPVT VI.

Infallibilis poteſtas decernendi aut conſtituendi canones, toti Eccleſiæ, quæ eſt columna & firmamentum veritatis, non vni & ſoli Petro competit: idque praxi Eccleſiæ comprobatur.

QVARTVM, infallibilem poteſtatem decernendi, aut contendi canones eſſe penes totam Eccleſiam, aut generale concilium illam repræſentans: qua in re, natura regiminis ariſtocratici potiſſimum conſiſtit: ac partim diuino, partim naturali lumine demonſtratur. Quandoquidem, oculi quam vnicus oculus, longius atque acrius proſpiciunt: ac nemini vni ne

ſuperbiret, à Deo vel à natura datum eſt, vt ſapiat: Deinde, *corpus Eccleſiæ non eſt vnum membrum ſed multa: ſi totum corpus oculus, vbi auditus?* primæ Corinthior. 12. & 14. verſ. 32. *Spiritus prophetarum, prophetis*, id eſt Eccleſiæ, *ſubiectus eſt.* Etenim, *Epiſcopatus vnus eſt, cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur*, 24. *quæſt.* 1. *can. loquitur.* Itaque, quod omnes tangit, neceſſum eſt ab omnibus quoque comprobari: cum præſertim, *omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, circundatus ſit infirmitate*: ac proinde fallere & falli poteſt, niſi *Eccleſiam columnam & firmamentum veritatis* 1. ad Timotheum 3. in conſilium adhibeat. Quapropter Eccleſiæ, non vni & ſoli Petro, Dominus in cœlum aſ-

censurus ſpiritum veritatis pollicetur, Ioannis 14. verſ. 16. *Ego rogabo Patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum ſpiritum veritatis.* Item Matthæi 18. Eccleſiam ſibi ipſi ſufficientem & architectonicen, infaillibilis tribunalis erectione conſtituit: dum B. Petrum reſcire geſtientem quoties fratri ſuo peccanti indulgeret, in hunc modum informat: *Si peccauerit in te frater tuus, vade corripe eum inter te & ipſum ſolum, &c. Si Ecclesiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus: Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis ſuper terram erunt ligata & in cœlo, &c. Iterum dico vobis, quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram de omni re quamcunque petierint, fiet illis à Patre*

meo qui in cœlis eſt: vbi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Quo ex proloquio diſcimus, Chriſtum immediate conceſſiſſe ordini hierarchico, quem hic nomine Eccleſiæ deſignat, facultatem excommunicandi: nam ſicut denarius numerus eminenter & cauſaliter omnes capit numeros: ſic formula hæc, *dic Eccleſiæ*, eminenter inquam & cauſaliter, plenitudinem poteſtatis eccleſiaſticæ, cum omni ſuperiore eccleſiaſtico, aliqua iuriſdictione prædito, complectitur; ſiue ſit Curio, Epiſcopus, Papa, aut Concilium generale, in quod omnes controuerſiæ, tanquam in vltimum atque infaillibile tribunal, omnem poteſtatis pleni-

ıdinem continens, reſol-
untur. Patet, quoniam ſta-
m atque Dominus hoc pro-
ılit oraculum, *dic Eccleſiæ*:
ɔntinuo pluraliter ſubiun-
t, *Amen dcio vobis, quæcumque*
ligaueritis ſuper terram, &c.
nde liquido apparet, ibi for-
aliter & proprie non agi de
ɔcleſia pro vnico homine,
d pro pluribus vnà congre-
tis: quocirca eodem filo
ationis, Dominus imparti-
r Eccleſiæ facultatem ſeſe
ngregandi in concilium,
ue infallibiliter dicer nen-
Iterum dico vobis, quia ſi duo
vobis conſenſerint ſuper terram,
vbi enim ſunt duo vel tres con-
gati in nomine meo, ibi ſum in
lio eorum. Neque ſilentio
eterire opus eſt, Chriſtum
ıoc textu, concilium ari-

aut antiquaretur. Vnde Patres sexti concilij Carthaginensis, quos inter S. Augustinus sedebat, Cælestino 1. Pontifici rescribunt, *vnicuique concessum esse, si iudicio offensus fuerit Episcoporum, ad Concilium suæ prouinciæ vel etiam ad vniuersale prouocare.* Ex quo clare dignoscitur, tum nemini Episcoporum quicquam proprio & priuato motu, aut absoluto imperio licitum decernere: atque singulos Episcopos suas priuatas Ecclesias in solidum gubernasse, conformiter ad quintum canonem Nicænum: idque est demonstratio praxis Aristocraticæ gubernationis Ecclesiarum, quam ex canonibus octo primorum Conciliorum generalium certissime repetes.

IV. Quartò, quoniam ego hoc capite docui presbyteros habentes curam animarum ad natiuum Ecclesiæ concilium pertinere: Inde maleuoli quidam persuadere voluerunt, me presbyteros omnino æquare Episcopis: quasi iure diuino Episcopi à presbyteris non distingue-

centur: quod eſt falſiſſimum, neque ex libello meo colligi poteſt. Verum quando omnes Doctores catholici conſentiunt, primum atque eminentiorem gradum ſacerdotij Chriſti, qui vnus eſt ſpecie in tota Eccleſia, eodem iure Epiſcopis ſuper preſbyteros competere, quo olim Apoſtolis ſuper LXXII. diſcipulos conueniabat: & nemo in dubium reuocat, quin Apoſtoli iure diuino LXXII. diſcipulis anteirent: hinc neceſſario conſurgit, Epiſcopos iure diuino preſbyteris antecellere: quoniam ex diuina inſtitutione certiſſimum eſt, Epiſcopos iure ordinario Apoſtolis, & preſbyteros LXXII. diſcipulis ſucceſſiſe, *can. in nouo diſtinct. 21. can. Chorepiſcopi diſtinct. 68. & can. 14. ſynodi Neocæſarienſis.* Quibus canonibus edocemur, diſcipulos Domini, in duos gradus fuiſſe diſtinctos: Apoſtolorum, & LXXII. diſcipulorum: atque Epiſcopos Apoſtolis, & preſbyteros LXXII. diſcipulis, iure inquam diuino ſucceſſiſſe: quoniam Eccleſia ad poſteros

iure diuino transmittenda, & propaganda necessario fuit: non autem in solis Apostolis atque discipulis finienda. Cæterum presbyteros, in vim suæ ordinationis propter Christi sacerdotium, cuius in solidum participes fiunt, proportionatim in consortium Cathedræ atque regiminis Ecclesiæ venire, partim ex Actis Apostolorum, partim ex Concilijs, historia Ecclesiastica, & scriptis Patrum colligimus. Equidem olim presbyteri in commune cum Episcopis viuebant, hosque semper circumstabant, *erantque senatus Ecclesiæ*, vt eos Hieronymus commentariis in caput tertium Esaiæ vocat: *Nam habemus in Ecclesia senatum nostrum cœtum presbyterorum*, inquit: quem locum Gratianus, 16. *quæst. 1. Canone Ecclesia*, perperam laudauit ex Hieronymi Epistola ad Rusticum, & contra eiusdem sensum ad Monachos detorsit, quare locus ille in decreto Gregorij XIII. suo pristino & genuino nitori asseritur. Ad hæc quoque facit, *distinct. 23.*

canon. Presbyter cum ordinatur, Episcopo eum benedicente, & manum super caput eius tenente, etiam omnes Presbyteri qui præsentes sunt, manus iuxta manum Episcopi super caput illius teneant. Item *can. Episcopus 15. quæst. 7. Episcopus nullius causam audiat absque præsentia suorum clericorum: alioquin irrita erit sententia Episcopi, nisi Clericorum sententia confirmetur.* Equidem nullus, modo S. Cypriani Epistolas, & duos priores tomos Conciliorum legerit, potest ignorare, presbyteros cum Episcopis negotia Ecclesiæ, in synodis definiuisse: Insuper extant in tabulario facultatis Parisiensis aliquot decreta, ad calcem huius Demonstrationis edita, quibus declaratur *Curatos esse Hierarchas Ecclesiæ*: quorum meminit Gersonius de potestate Ecclesiastica consideratione 12. sub finem, disputans vtrum Curati vocem habeant definitiuam in Concilijs: *Facit ad hoc*, inquit, *determinatio sacræ facultatis Theologiæ Parisiensis, nuper edita contra temeritatem extollentium priuilegiatos super Cu-*

ratos in prædicationibus & confessionibus: vbi sic dicitur, Domini Curati sunt in Ecclesia minores Prælati, & Hierarchæ, ex primaria institutione Christi, &c. Huc & accurrit canon sextus sess. 23. concilij Tridentini: *Si quis dixerit in Ecclesia Catholica, non esse Hierarchiam diuina ordinatione institutam, quæ constat Episcopis, presbyteris, & ministris, anathema sit.* Iam dixi Cyprianum Epistola 55. ad Cornelium nominatim docere, *Clerum florentissimum Romanæ Ecclesiæ cum Cornelio præsidere.* Hoc autem aristocraticum regimen indicat.

CAPVT VI.

Infallibilis poteſtas decernendi aut conſtituendi canones, toti Eccleſiæ, quæ eſt columna & firmamentum veritatis, non vni & ſoli Petro competit: idque praxi Eccleſiæ comprobatur.

QVARTVM, infallibilem poteſtatem decernendi, aut contendi canones eſſe penes totam Eccleſiam, aut generale concilium illam repræſentans: qua in re, natura regiminis ariſtocratici potiſſimum conſiſtit: ac partim diuino, partim naturali lumine demonſtratur. Quandoquidem, oculi quam vnicus oculus, longius atque acrius proſpiciunt: ac nemini vni ne

ſuperbiret, à Deo vel à natura datum eſt, vt ſapiat: Deinde, *corpus Eccleſiæ non eſt vnum membrum ſed multa: ſi totum corpus oculus, vbi auditus?* primæ Corinthior. 12. & 14. verſ. 32. *Spiritus prophetarum, prophetis*, id eſt Eccleſiæ, *ſubiectus eſt.* Etenim, *Epiſcopatus vnus eſt, cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur*, 24. *quæſt.* 1. *can. loquitur.* Itaque, quod omnes tangit, neceſſum eſt ab omnibus quoque comprobari: cum præſertim, *omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, circundatus ſit infirmitate:* ac proinde fallere & falli poteſt, niſi *Eccleſiam columnam & firmamentum veritatis* 1. ad Timotheum 3. in conſilium adhibeat. Quapropter Eccleſiæ, non vni & ſoli Petro, Dominus in cœlum aſ-

censurus spiritum veritatis pollicetur, Ioannis 14. vers. 16. *Ego rogabo Patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum spiritum veritatis.* Item Matthæi 18. Ecclesiam sibi ipsi sufficientem & architectonicen, infaillibilis tribunalis erectione constituit: dum B. Petrum rescire gestientem quoties fratri suo peccanti indulgeret, in hunc modum informat: *Si peccauerit in te frater tuus, vade corripe eum inter te & ipsum solum, &c. Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus: Amem dico vobis, quæcumque alligaueritis super terram erunt ligata & in cœlo, &c. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quamcunque petierint, fiet illis à Patre*

tudinem continens, resoluuntur. Patet, quoniam statim atque Dominus hoc protulit oraculum, *dic Ecclesiæ*: continuo pluraliter subiungit, *Amen dcio vobis, quæcumque alligaueritis super terram, &c.* Vnde liquido apparet, ibi formaliter & proprie non agi de Ecclesia pro vnico homine, sed pro pluribus vnà congregatis: quocirca eodem filo orationis, Dominus impartitur Ecclesiæ facultatem sese congregandi in concilium, atque infallibiliter dicer nendi: *Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, &c. vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Neque silentio præterire opus est, Christum in hoc textu, concilium ari-

ſtocraticum diuinitus, non oligarchicum humanitus inſtitutum, deſignare: numerumque certum pro incerto, ac minimum numerorum ideo expreſſiſſe, quo omnem tergiuerſandi occaſionem litigioſis hominibus eriperet: oſtenderetque, ad iuſtam Eccleſiæ moderationem, non vnius tantum Romani Pontificis, ſed trium aut duorum ad minus conſenſum & concordiam requiri. Profecto, quamcunque in partem ſe conuerterint aduerſarij fateantur oportet, hæc verba, *vbi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, &c.* abſolutam, atque infaillibilem vnius Papæ auctoritatem neceſſario excludere: ac demonſtrare, Eccleſiam inuitam, diſſentien-

tem, aut inconſultam obligari non poſſe: quod vſquequaque legi naturali congruit, & praxi veteris Eccleſiæ abunde confirmatur: Nam Hieroſolymitanum concilium, omnium Apoſtolorũ & preſbyterorum conſenſione ac ſuffragijs ita concluditur Actorum 15. *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis.* Deinde, Patres Eccleſiæ Africanæ, quos inter D. erat Auguſtinus, Celeſtino 1. Romano Pontifici ſcribunt, *Non eſſe credibile, Deum vni cuilibet inſpirare examinis iuſtitiam, & innumerabilibus congregatis in concilium illam denegare.* Facit ad huius doctrinæ commendationem, Zozimi Papæ ſententia, qui ſe aperte inferiorem concilio fatetur, dum Galliæ Epiſcopis reſ-

pondet, ſedis Apoſtolicæ auctoritatem, ſacris conciliorum ſanctionibus derogare non poſſe, 25. *quæſt.* 1. *can. Contra ſtatuta Patrum, condere aliquid vel mutare, nec huius quidem ſedis poteſt auctoritas: apud nos enim inconuulſis radicibus viuit antiquitas, cui decreta Patrum ſanxere reuerentiam.* Iſthuc ſimiliter accurrit, magni Gregorij reſponſum, *qui ſe quatuor Concilia generalia venerari fatetur, ſicut quatuor libros ſancti Euangelij: quia dum vniuerſali ſunt conſenſu conſtituta, ſe & non illa deſtruit, quiſquis præſumit aut ſoluere quos religant, aut ligare quos ſoluunt*, *diſt.* 15. *can. ſicut ſancti Euangelij.* Certe, qui acta conciliorum generalium reuoluerit, facile videbit, vnum & ſolum Pontificem Roma-

num in ſynodis generalibus, decreta fidei catholicæ non facere, ſed inductione, & conſenſu Eccleſiarum particularium inito, illa vniuerſim inferre ac concludere. Quæ certiſſima atque euidentiſſima eſt regiminis ariſtocratici demonſtratio : & confirmatur, *can. maiores 24. quæſt. 1.*

DEMONSTRATIO CAPITIS VI.

1. *Quænam ſit ratio canonis* MAIORES 24. *quæſt. 1. quem fruſtra aduerſarij, quaſi per peram vſurpatum à Richerio, oppugnant.*

I. DEMONSTRATIO huius capitis de Eccleſiæ catholicæ infallibilitate à ſuperioribus principiis neceſſario profluit : neque aduerſarij quicquam validi oppo-

nunt, quo rationes, quibus hoc caput munitur, labefactent quod autem canonem *Maiores* laudatum à me 24. *quæst.* 1. quasi illum perperam vsurparim, Vallius exagitat, hercle genuina ratio huius regulæ illum fugit, quâ explicate cognoscimus, *in Synodis, Catholicam & Apostolicam veritatem fidei communione & consensu catholico inuestigari, & promulgari:* hicque est totius controuersiæ nodus: scilicet, *facultatem infallibilem decernendi, à catholico consensu & sanctorum communione, non ab vnius Papæ absoluto imperio petendam.* En integer Canon, lector iudicet, *Maiores nostri diuina inspiratione cernentes necessario præcauerunt, vt quod contra vnamquamque hæresim coacta semel synodus* PRO FIDEI COMMVNIONE ET VERITATE CATHOLICA *atque Apostolica promulgasset, non sinerent nouis posthac tractationibus mutilari.* Hic ergo de synodicis constitutionibus, non de priuatis motibus aut decretalibus Papæ agi videmus: Decretales autem quatenus & quousque obli-

gent, infra cap. 8. disputabitur. Proculdubio iuris Pontificij Doctores *ex Canone* MAIORES, *inferunt concilium generale Ecclesiam catholicam repræsentare*, vt decretum est Constantiæ sess. 4. & 5. vide notas Sebastiani Sapiæ *ad caput significasti, de electione & electi potestate apud Panormitanum*. Hercle in concilio generali quæ semel constituta sunt canonice, ideo nouis retractationibus minime agitanda veniunt, quia synodus generalis Ecclesiam catholicam perfectissime representat.

CAPVT VII.

Explicatio huius textus euangelij, Simon ecce Sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum, Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.

SED forte quispiam arguet Christum Lucæ 22. rogas-

ſe pro Petro ne eius fides deficeret: eique inſuper præcepiſſe, vt fratres ſuos confirmaret. Reſpondetur ad primum, hanc Chriſti pollicitationem, iuxta ſenſum literalem ſcripturæ, ad ſolum tempus dominicæ paſſionis extendi, quo ſcandalum crucis in vniuerſos Domini diſcipulos, maxime vero in beatum Petrum qui ter magiſtrum ſuum negauit, erat debacchaturum: Vnde Matthæi 26. Dominus diſcipulos in hunc modum affatur: *Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte: ſcriptum eſt enim, percutiam paſtorem & diſpergentur oues gregis: Reſpondens autem Petrus ait illi: etſi omnes ſcandalizati fuerint in te, Ego nunquam ſcandalizabor: Ait illi Ieſus, Amen dico tibi quia in*

hac

hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis. Præterea Lucæ. 22. *Simon, ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum: Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.* Vbi attendere oportet, Chriſtum non dixiſſe Petro, Ego rogaui pro te ne vnquam erres, aut vt ſis infaillibilis: ſed tantum, *Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua*: & Petrum erraſſe quidem, eius vero fidem nequaquam defeciſſe quo ad habitum, ſed quo ad actum: nam ore non corde Dominum negauit. Ad ſecundum, qui antecedentia & conſequentia huius textus conſiderate examinarit, prima fronte videbit, D. Petrum, poſtquam ex titubatione trinæ negationis,

quaſi ex grauiſſimo ſopere emerſit, multo magis ideoneum fuiſſe, tum ad ſuos collegas fluctuentes confirmandos, tum ad fratres diſperſos in Eccleſiam reuocandos, vt ibidem reſurrectionem Domini præſtolarentur. Quamobrem, hoc argumentum, fallit à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter: quia iſtud priuilegium, ſoli Petro, ob imminens ſcandalum crucis factum eſt. Hercle, ſi ſolus Papa, non Eccleſia collectiue ſumpta eſt infaillibilis: infurgit Paulum grauiſſime peccaſſe, Galatarum 2. cum demonſtrat Petrum ideo fuiſſe reprehenſibilem, quod ad veritatem euangelij minus recte ambularet: quæ verba valde notanda ſunt. Porro, iſthæc re-

prehenſio ; appellationi ad conſilium æquipollet, vt Cancellarius Pariſienſis obſeruat: ratio eſt , quia ſi D. Petrus tum temporis B. Paulo recte monenti obſtitiſſet , non dubium eſt, quin Eccleſia in concilium congregata , diſſidium inter illos ſubortum diremiſſet : vt paulo ante, controuerſiam ſuper obſeruatione legalium deciderat, Act. 15. Hic pro appendicula & ampliatione fauorum adnectere lubet, D. Petrum ſingulares perſonas aut Eccleſias diſgregatas, poſſe in fide, per ſacræ ſcripturæ aut canonum interpretationem , roborare : hocque ſenſu, B. Hieronymum epiſtola ad Damaſum PP. facultatem dicendarum hypoſtaſeon , id eſt ſymboli Nicæni

interpretationem, ab eodem Damaſo flagitare : *A paſtore*, inquit, *præſidium ouis flagito: diſcerne ſi placet, non cimebo tres hypoſtaſes dicere, ſi iubebis:* eadem quoque eſt ratio Theodoreti, & aliorum, qui ſanctam ſedem apoſtolicam perfugio habuerunt.

DEMONSTRATIO CAPITIS VII.

1. • *Facultatem confirmandorum fratrum Petro competere, non tam ratione horum verborum Chriſti,* EGO ROGAVI PRO TE, *confirma fratres tuos, &c. quam in vim & conſequentiam Primatus, & quid fratrum nomine intelligatur, Lucæ.* 22.

1. HOc caput tanquam capitis præcedentis appendicula eſt, atque hiſtoricam interpretationem

textus B. Lucæ 22. *Ego rogaui pro te Patre vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos*, continet: quem locum quia ad litteram accipi oportere dixi de confirmatione, qua Apostoli atque discipuli domini triduo passionis indigebant, acriter ab aduersariis vapulo: insuitantibus, erroneum esse dicere B. Petrum non donatum facultate confirmandorum fratrum vltra tempus passionis: quasi vero hæc mihi vnquam venissent in mentem, aut ex mea lucubratione inferri possent. Certe nemo potest ambigere, quin Christus, hoc in textu agat ce fratribus confirmandis in ea fide quam Petrus nomine omnium discipulorum Matth. xvi. ediderat: *Tu es Christus filius Dei viui*: quia eiusmodi fides, propter scandalum crucis, in dubium aut apud omnes: aut apud per multos discipulorum Domini veniebat. Quocirca, si hac voce Christi *confirma fratres tuos*, fratrum appellatione Apostolos atque discipulos intelligamus (sicut iuxta historiæ & litte-

ræ circonſtantias intelligendos perhibeo) vna contendo hæreticum eſſe, dicere Apoſtolos, atque diſcipulos, poſquam Chriſti reſurrectione, præſentia conuictu, donis, permultiſque miraculis, atque effuſione Spiritus ſancti abunde illuſtrati & corroborati ſunt, opus habuiſſe vt in hac fide, *Quod Chriſtus verus eſſet filius Dei*, à ſancto Petro confirmarentur. Neque enim Petri fauores & priuilegia, in vllum detrimentum fidei aliorum Apoſtolorum extolli, aut ampliare debent : quando primatu excepto, *honore atque poteſtate æquales ſunt* vt cap. 2. probauimus. Cum igitur Chriſtus tanquam bonus Magiſter, ſtatim poſt reſurrectionem ſuam, omnes diſcipulos in vnum collegerit, inuicerit, preſentia ſua, conuictu inquam, atque donis Spiritu ſancti locupletarit: Ioannis 20. 21. & Lucæ 24. profecto nihil opus habuerunt, vt in fide à S. Petro confirmarentur. At vero ſi nomen fratrum amplietur, & ad quoſcumque fideles extendatur, neminj

Digitized by Google

Catholico dubium eſſe poteſt, quin B. Petrus facultatem illos confirmandi habuerit, quia hoc illi cum primatu delatum eſt, cap. 16. Matthæi, & Ioannis vltimo. Quare inter nos & aduerſarios, tantum pugna eſt de nomine, non de re ipſa, & natura facultatis conceſſæ Petro cum primatu. Hic ergo ſolum diſputatur, quoſnam Chriſtus Lucæ 22. intellexerit, quando dixit Petro *confirma fratres tuos*: Ego autem vrgeo ad literam, Apoſtolos atque diſcipulos Domini propter ſcandalum crucis titubantes præciſe intelligi oportere: & facultatem omnium fidelium confirmandorum, non tantum B. Petro, ſed omnibus etiam Apoſtolis atque Epiſcopis proportionatim & reſpectiue competere: *quia confirmare fratres, nihil aliud eſt, quam actus Hierarchicos exercere, illuminando per doctrinam, purgando per pœnitentiam, & perficiendo adminiſtratione reliquorum ſacramentorum &c.* Hoc impugnent ſi poſſunt importuni conuiatores, abſque cauillis.

CAPVT VIII.

Frequens celebratio conciliorum eſt ſimpliciter & abſolute neceſſaria ad Eccleſiam melius ſanctiuſque regendam, & quo in caſu bullæ, ac decretales ſummorum Pontificum obligent.

QVINTVM principium, indicat frequentem celebrationem ſynodorum, abſolute & ſimpliciter neceſſariam eſſe ad Eccleſiam melius, ſanctiuſque regendam, quia vt docet Ariſtoteles in politicis, lege, quam abſoluto vnius imperio gubernari multo præſtat: quoniam lex, inſtar Dei, amore, ira, odio, aliiſque affectibus humanis caret: Vnde in actis conciliorum huiuſmodi for-

mulæ crebro occurrunt, *præter canonem*, *absque canone*, *contra canones*, *vel ex canone aliquid agere*: quibus formulis declaratur, Ecclesiam canone regi debere: & antiquitus nihil quicquam absque concilio & moderatione aristocratica statutum fuisse. Hinc factum legimus, vt Galliarum Episcopi, Nicolao Papæ scripserint, decretales & bullas Romanorum Pontificum, nequaquam obligare, nisi canonum disciplinis, & concilijs ante receptis atque approbatis, essent conformes, *canone si Romanorum*, dist. 19. quo similiter referri debet *canon Omnia*, 25. *quæst.* 1. Consulendus Flodoardus lib. 3. cap. 21. pag. 231. quem auctorem Pater Sirmondus societatis Iesu nuper publici

iuris fecit. Quandoquidem, Romanus Pontifex, qui eſt caput miniſterialè, vniuerſalem Eccleſiam, inconſultam, diſſentientem, inuitam, vel inauditam, obligare nequit: *quia tum leges inſtituuntur cum promulgantur, firmantur, cum moribus vtentium approbatur*, *diſt.* 4. *can. in Iſtis*: & in hoc, Eccleſiæ catholicæ libertas, ſeu regimen ariſtocraticum maxime verſatur atque expeditiſſima & ſuauiſſima eſt ratio ſchimatum ſarciendorum. Quo fultus principio Hincmarus Archiepiſcopus Rhemenſis doctiſſimus, Hinc moro Laudunenſi Epiſcopo nepoti ſuo reſpondet, decretales epiſtolas Pontificum, quas ante ſynodum Nicænam editas perhibent, exiguæ eſſe fidei, propterea

quod ſacris canonibus minime concordarent: videndus idem Flodoardus lib. 3. cap. 22. fol. 243. verſo, & fol. 244. recto. Iſthinc autem plane dignoſcitur, quo iure maiores noſtri galli vſi fuerint:

DEMONSTRATIQ CAPITIS VIII.

1. *Teſte Belarmino, celebratio ſynodorum eſt medium ordinarium & neceſſariun à Chriſto inſtitutum, ad omnes Eccleſiæ controuerſias definiendas: & quidnam ſit definire ex Cathedra.*

2. *Qua ratione Richerius dixerit, præſtare legibus quam abſoluto vnius imperio gubernari, & de Belarmini ſententia in eam rem.*

3. *Genuinus ſenſus canonis Si Romanorum, diſtinct. XIX. & quo in caſu, Bulæ atque decretales Romanorum Pontificum vim habeant obligatoriam.*

4. *Authore Belarmino, Epiſtolas Pontificum Romanorum, quæ ante ſynodum Nicænam ſcriptæ perhibentur, non indubitatas, nec erroribus vacuas eſſe.*

I. QVATVOR ſunt præſertim in hoc capite quæ explicationem noſtram flagitant: primum, quare dictum ſit à Richerio, *frequentem celebrationem ſynodorum abſolute & ſimpliciter neceſſariam eſſe, ad Eccleſiam melius ſanctiuſque regendam:* quæ propoſitio ſatis demonſtratur probatione huius principij: ſcilicet, *Claues Architectonice, & per dominium toti datas eſſe Eccleſiæ, vt ab vno miniſterialiter exequutioni mandentur:* ſiue quod eodem redit, *ſtatum Eccleſiæ eſſe Monarchicum Ariſtocratico regimine temperatum:* de qua re ſupra amplius: addo ipſummet Belarminum libro primo de Conciliis & Eccleſia cap. vndecimo, omnem dubitandi occaſionem de ariſtocratico Eccleſiæ regimine etiam ſcrupuloſiſſimis quibuſque, his decem propoſitionibus euellere: Prima, *quamuis inquit generalia conci-*

lia, non ſint abſolute neceſſaria, tamen concilia aliqua ſiue generalia ſiue particularia, omnino ſunt neceſſaria ad bonam Eccleſiæ gubernationem. Secunda, *Pontifex in rebus fidei dijudicandis, neque ſuo ſoli iudicio fidere, neque expectare diuinam reuelationem, ſed adhibere diligentiam quantam res tanta poſtulat,* ET ORDINARIA MEDIA, *& tum demum expectare debet aſſiſtentiam Spiritus ſancti, & directionem diuinam.* Tertia, MEDIVM ORDINARIVM ET NECESSARIVM ESSE CONCILIVM MAGNVM AVT PARVVM, VNVM VEL PLVRA, *prout ipſe iudicauerit Pontifex.* Quarta, *hac verba Matthæi* XVIII. VBI FVERINT DVO VEL TRES CONGREGATI *in nomine meo, illic ſum in medio eorum,* INTELLIGI DE SINODO. Quinta, *licet Apoſtoli poſſent ſeorſim ſinguli definire controuerſias, tamen ne viderentur negligere* MEDIVM ORDINARIVM A CHRISTO DEMONSTRATVM, *noluiſſe definire controuerſiam de legalibus ſine concilio, Actorum* 15. Sexta, *hanc ſemper fuiſſe conſuetudinem & praxim totius Eccleſiæ omnibus ſæculis*

ſeruatam, vt ad res dubias explicandas, Concilia Epiſcoporum haberentur. Septima, *ipſos* PONTIFICES ROMANOS, NVLLAM VNQVAM HÆRESIM NOVAM SINE NOVO CONCILIO DAMNAVISSE. Octaua, *quod ſemper eſt ab omnibus factum, quis negare audebit dici poſſe & eſſe re vera ordinarium?* Nona, *Patres* XI. *Concilij Toletani docere*, SI CONSILIA DESINT, NECESSE ESSE OMNIA VITIIS ATQVE ERRORIBVS CONTINVO REPLERI. Decima, *& ſi poſſet Deus per abſolutam potentiam ſine conciliis Eccleſiam conſeruare*, TAMEN SECVNDVM ORDINARIAM PROVIDENTIAM EIVS ESSE NECESSARIA *ad bonam Eccleſiæ gubernationem.* Hucuſque Belarminus; clare demonſtrans quinam ſit *definire ex Cathedra:* his enim propoſitionibus, priuatos motus, atque oligarchicum concilium plane exterminat.

II. Secundo flagellor à M. Andræa. Vallio, qui poſt Ariſtotelem dixi, *multo magis lege, quam abſoluto vnius imperio gubernari præſtare:* Verum neque ego, neque ipſe Ariſtoteles, le-

Digitized by Google

gis nomine legem mortuam intelli mortuam intelligimus , ſed eam ipſam quam Princeps abhibito maturrimo ſapientum conſilio defixit. Vnde cum eius ſit de lege diſpenſare, cuius eſt legem condere, relinquitur neceſſario ad eundem ſpectare Principem , vt pro Reipublicæ bono, de legibus vel à ſe, vel à maioribus latis , prudenter diſpenſet: eaſque , ſi res poſtulet , aliquando immutet , cum ipſe ſi animata lex. Neque hæc mea eſt, aut ſolius Ariſtotelis , ſed omnium Philoſophorum atque Theologorum conſtans ſententia , teſte B. Thoma prima ſecundæ, quæſt. 95. primo ad ſecundum, & fuſe à Belarmino explicatur, lib. de laicis capite decimó , cuius propoſitiones hic ſigillatim exſcribam. *Quod melius ſit populum regi legibus quam ſolo Principis arbitrio , imo quod ſit hoc aliquo modo neceſſarium , affirmat Ariſtoteles 3. Politic. cap.* 11. inquit Belarminus: *& probatur primo, quia facilius eſt inuenire vnum vel duos bonos & ſapientes principes, quam pluri-*

mos. Si Respublica regi debet arbitrio boni Principis, indigebit infinitis bonis Principibus, quorum vnus alteri succedat: at si gubernetur legibus, sufficit semel fuisse aliquos vel vnum sapientem qui legem fecerit. Secundo, qui leges condunt multi sunt, & diligenter eas examinant: at Princeps est vnus: & sæpe repente iudicare debet. Tertio, qui leges fecerunt: sine amore vel odio iudicauerunt, Princeps de præsentibus iudicat, vbi locum habent amici, propinqui, munera, terrores, &c. Vnde iudicium legum, est iudicium solius rationis: iudicium hominis est iudicium rationis, & libidinis, id est hominis & bestiæ. Quarto iudicium, Principis etiamsi rectissimum sit, vix vnquam caret suspitione inuidiæ, maledictis, &c. At iudicium legis his omnibus caret, quippe quod scitur non posse corrumpi muneribus. Quinto, gubernatio per leges potest longissimo tempore eadem perseuerare: atque iudicia hominis sæpe mutantur. Sexto gubernatio per leges potest reduci ad artem & facilius effici, non autem gubernatio ad arbitrium Principis. Septimo, melior est gubernatio Prin-

cipis

Digitized by Google

cipis per ſe quam Vicarios : at gubernatio ſine legibus neceſſario requirit multos vicarios, qui omnes ad arbitrium ſuum iudicent. Quando autem per leges gubernatur, ipſe Princeps omnia per ſe iudicare cenſetur, cum eius legibus iudicatur. Hucuſque Belarminus, cuius rationes, ſi lacum in politia ſæculari, vt re vera habent, (nam verbi gratia in Galliis totum Regnum regiis ſanctionibus, atque legibus municipalibus ſingularum prouinciarum gubernatur) ſane multo magis obtinere debent in Eccleſia, quando eius regimen eſt ſpirituale, & Ariſtocratia temperatum, vt cap. 3. & 6, probauimus.

III Tertiò, quoniam ego aſſerui, *Eccleſiam canone non abſoluta poteſtate gubernari: & in antiquis Concilijs, paſſim has & ſimiles formulas eam ob rem occurrere, præter Canonem, abſque Canone, contra Canones, vel ex Canone aliquid agere: acque de cauſa Galliæ Epiſcopos ſcripſiſſe Nicolao primo, Decretales, & Bullas Romanorum Pontificum, nequaquam obligare, niſi canonum*

disciplinis, & Concilijs ante receptis, atque approbatis conformes essent, can. Si Romanorum distinct. 19. Aduersarij vociferantur, me falso hunc canonem proferre: cum Nicolaus Papa ibidem nominatim asserat, Decretales Romanorum Pontificum, quanquam Codice canonum minime contineantur, vim habere obligatoriam: sed contra rependo, Nicolaum, dicto canone. *Si Romanorum*, hoc quidem velle persuadere Galliarum Episcopis, quorum exceptio atque respensio memorato canoni inserta legitur, sicque à Nicolao refertur: *Quamquam quidam vestrum scripserunt, haud illa decretalia priscorum Pontificum in toto canonum Codicis corpore contineri descripta.* Et aliquanto post. *Si ideo non esse decretales Epistolas Priscorum pontificum Romanorum admittendas dicunt, quia in Codice canonum non habentur adscripta, &c.* Quibus ex verbis colligitur, Galliæ Episcopos censuisse Decretales Romanorum Pontificum non obligare, nisi conciliis & canonibus receptis,

d by Google

atque ipſo Codice canonum contentis congruerent ; hocque mihi incontinuo fuit , vt *Canonem Si Romanorum* laudarem. Accedit præterea, Nicolaum eodem canone , ſtatim initio , docere decreta Romanorum Pontificum , *diſcretione magiſtra aſſumi debere*, idque poſtea illo ipſo Canone §. *Quoniam* , ad hunc modum ex B. Leone interpretatur. *Quoniam inter ipſos canones , vnum B. Leonis Capitulum conſtat eſſe permixtum , quo ita omnia decretalia conſtituta ſedis Apoſtolicæ cuſtodiri mandantur, vt ſi quis in illa commiſerit , nouerit ſibi veniam denegari : ait enim capite decimo ſuorum Decretalium , ne quid verò ſit quod prætermiſſum à nobis forte credatur , omnia decretalia conſtituta , tam B. recordationis Innocentij , quam omnium deceſſorum noſtrorum*, QVÆ DE ECCLESIASTICIS ORDINIBVS, ET CANONVM PROMVLGATA SVNT DISCIPLINIS , *ita à veſtra dilectione cuſtodiri mandamus , vt ſi quis in illa commiſerit veniam ſibi nouerit denegari.* Quæ verba. S. Leonis, Epiſt. 11. ad Epiſcopos per vniuerſas pro-

uincias conſtitutos leguntur, atque explicate demonſtrant, *Omnia decretalia quæ de Eccleſiaſticis ordinibus & canonum promulgata ſunt diſciplinis, cuſtodiri debere:* quod ipſum pridem ante Damaſus PP. Epiſtola IV. docuerat 25. *quæſt.* 1. *Can. Omnia Decretalia, & cunctorum deceſſorum noſtrorum conſtituta, quæ de Eccleſiaſticis ordinibus & canonum promulgata ſunt diſciplinis, ita à vobis, & ab omnibus Epiſcopis, ac cunctis generaliter ſacerdotibus cuſtodiri debere mandamus, vt ſi quis in illa commiſerit, veniam ſibi deinceps nouerit denegari.* Quocirca ſenſus integri canonis *Si Romanorum*, non ille eſt quem Gratianus pro lemmate, atque argumento canonis adſcripſit: *puta non licere alicui Epiſcopo, contra Romanorum Pontificum decreta aliquid agere*: Hoc enim in quæſtione poſitum erat, inter Nicolaum PP. & Galliæ Epiſcopos: profecto nec ipſe quidem Nicolaus hoc abſolutè aſſerit quod Gratianus venditat: ſed tantummodo vrget, *Decretales Romanorum Pontificum diſcretione magi-*

ſtra recipi debere. Quam clauſulam ego contendo ad mentem Damaſi, & Leonis Magni PP. capi debere: *nimirum, vt decreta Pontificum de Eccleſiaſticis ordinibus, & canonum promulgata ſint diſciplinis:* ratio eſt, quia tempore illo cum regimen ariſtocraticum floreret, Damaſus & Leo gubernabant Eccleſiam, congruenter ad quintum Nicænum, & ſecundum canonem Conſtantinopolitanum; alioqui certe illorum Epiſtolæ decretales, neque obligaſſent, neque receptæ fuiſſent, ſi quid contra canones precepiſſent. Cardinalis Cuſanus lib. ſecundo cap. 9. de Concordantia: *Eccleſiaſtici canones ait, non poſſunt niſi per Eccleſiaſticam congregationem, quæ ſynodus vel cœtus dicitur ſtatui: & ideo, niſi quicumque ille fuerit, aut Papa, aut Patriarcha, decreta ſecundum canones Eccleſiaſticos promulgauerit, non poſſunt illa ſtatuta Canones aut Eccleſiaſtatica ſtatuta vocari: & nihil habent firmitatis, cuiuſcumque particularis ſtatuta, niſi in quantum per acceptionem & vſum, ſeu conſenſum con-*

firmantur, seu canonibus consentiant: vnde textus Leonis Papæ, de Epistolis suorum prædecessorum 19. *distinct. cap. Si Romanorum, & Damasi PP.* 25. *quæst.* 1. *can. Omnia: loquuntur de Decretalibus, & epistolis de Canonum disciplinis promulgatis. Non volo negare quin virtute & potestate diuina, ac etiam præcepto quo obediendum est præpositis, & que subiecti esse debemus Regibus, superiores statuendi & ordinandi secundum commissam curam habeant potestatem: sed dico quod statutorum obligatorialis virtus, cum hoc requirit consensum per vsum & acceptionem: statuta enim Africana non ligassent Gallos, nisi Carolus ab Adriano PP. in duobus breuiarijs recepta, ea ad Galliam detulisset, & sic Gallia acceptasset.* Idem Cusanus cap. xii. eiusdem libri. *Illi textus Nicolai PP. Gelasij, & aliorum, qui dicunt sub obligatione obligare decreta per Romanum Pontificum promulgata, pro correctione morum, & disciplina, intelligi debent secundum Hincmarum subtilissimum Archiepiscopum Rhemensem, cuius laudes idem Nicolaus Papa* 11. *quæst.* 3.

can. Excellentissimus extollit, de promulgatis, id est quæ Papa vulgo promit de disciplinis sacrorum canonum, vel ipsius sinodi Apostolicæ, quæ sedes Apostolica sæpe dicitur, cuius Papa os est. Idem lib. eodem cap. 20. circa medium, *Sic Leo PP. ad omnes Episcopos per vniuersas prouincias constitutos de omnium prædecessorum suorum Epistolis dicit, Omnia decretalia constituta, tam à beatæ recordationis Innocentio, quam aliorum omnium prædecessorum, quæ de Ecclesiasticis ordinibus, & canonum promulgata sunt disciplinis, ita vestram dilectionem custodire debere mandamus, vt si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari, xix. distinct. can. Si Romanorum: similiter loquitur Damasus PP. vt habetur 25. quæst. 1. can. Omnia, & Hincmarus contra Laudunensem hanc Epistolam pertractans, dicit, aduertendum quod promulgare, est vulgo promere: & non dicunt illi Pontifices de simplici legum vel canonum promulgatione, sed de decretalibus de canonum disciplinis promulgatis:* VNDE QVANDO OBVIANT CANONIBVS, PO-

TIVS CANONIBVS EST OBEDIENDVM, *distinct. 19. can. ita Dominus, versu hoc autem, & can. secundum, versu quia ergo: vbi probantur maioris esse authoritatis veteram canones, quam Romanorum Pontificum decretales obuientes canonibus*: hæc Cusanus.

IV. Quartò, me virulenter suggillant quod ego scripserim, *Epistolas decretales quæ ante synodum Nicænam scriptæ perhibentur, esse fidei exiguæ, propterea quod sacris canonibus pro aristocratico regimine sanciendo latis minime concordent*: cuiusmodi sunt Epistolæ quæ B. Clementi, Anacleto, & aliis Pontificibus tribuuntur: has autem tantum ponderis habere pugno, quantum Nicænis canonibus consentiunt: ratio est, *quoniam patres Nicæni disciplinam retro actis temporibus seruatam, & deinceps in tota Ecclesia seruandam magna ex parte in canones retulerunt.* Constat autem primis quadragentis annis post partum virginis, regimen aristocraticum, & ius commune, stricte accurate qui in tota Ecclesia; sicut quatuor

tuor primis generalibus Concilijs consignatur, seruatum. Qui ergo fieri potuit, vt Epistolæ quæ Pontificibus Romanis, qui synodum Nicænam præcesserunt, adscribuntur, vsum aliquem habuerint, quando nobis parum atque absolutum regimen Monarchicum exhibent, quale post nouum seculum Christi increbuit. Proculdubio tametsi Cardinalis Belarminus eiusmodi Epistolas omnino sartas tectas cupiat, nihilominus eas ab erroribus liberas, atque indubitatas asserere non audet lib. secundo de Romano Pontifice capite decimo quarto. *Quamuis aliquos errores ineas irrepsisse non negauerim, nec indubitatas esse affirmare audeam, certe tamen antiquissimas esse non dubio, inquit.*

CAPVT IX.

Quousque plenitudo potestatis Papæ se extendat, & quo in casu Papa de canonibus conciliorum dispensare valeat.

SEXTVM, plenitudinem auctoritatis Pontificiæ definit primo ad Ecclesias particulares per mundum dispersas, sed nequaquam ad Ecclesiam vniuersalem in concilium congregatam: secundo, ad executionem, interpretationem, & dispensationem, minime vero ad institutionem canonum, nisi per se aut per legatos suos consilio præsideat, atque omnium Patrum suffragia & consensum subducat, vt ca-

pite 6. docuimus. At eo ſolum in caſu Papa de ſynodorum decretis diſpenſare poteſt, quo ipſummet conſilium, ſi eſſet congregatum, diſpenſaret: idque Zozimi Papæ ſententia capite 6. laudata confirmat, & Leo primus 25. *quæſt.* 2. *can.* 2. *priuilegia*: *Diſpenſatio*, inquit, *nobis credita eſt, & ad noſtrum tendit reatum, ſi paternarum regulæ ſanctionum, nobis conſentientibus, vel negligentibus, violentur*: D. Bernardus 3. ad Eugeniuum cap. 10. *Quid inquis, prohibes diſpenſare? non, ſed diſſipare: non ſum tam rudis vt ignorem poſitos vos diſpenſatores, ſed in ædificationem, non in deſtructionem. Denique quæritur inter diſpenſatores vt fidelis quis inueniatur: vbi neceſſitas vrget, excuſabilis diſpenſatio eſt: Vbi neceſſitas pra-*

cocat diſpenſatio laudabilis eſt, vtilitas dico communis, non propria.
Cæterum in his, duobus articulis, quos hoc proloquio complexi ſumus ſtatus monarchius Eccleſiæ, ſiue plenitudo iuriſdictionis papalis potiſſimum conſiſtit: non autem in abſoluta poteſtate, quam contra ius diuinum & naturale, plerique recentiores in Eccleſiam inuehere nituntur. Profecto octingentis atque amplius annis, hoc eſt ante imperij tranſlationem ad Francos, Romani Pontifices ſeſe tantummodo vltores, ſiue exequutores canonum prædicabant: lapſu demum temporis, cum omnes Chriſtianæ nationes ſummis ignorantiæ tenebris conſopitæ detinerentur, abſolutam aucto-

ritatem omnia decernendi collegerunt: præcipue à Gregorij VII. temporibus: cuius vitam ab Onuphrio ſcriptam, hiſtoriæ ſtudioſi euoluent: prætereaque obſeruabunt, Papam regulariter & ordinarie ius habere conuocandarum ſynodorum generalium, quatenus poteſtatem habet ſuper Eccleſias particulares diſgregatas per orbem terrarum.

Summa huius diſputationis eſt, à ſtatu monarchico Eccleſiæ, vnitatem, ordinem, cum efficaci exequutione canonum procedere: à regimine autem ariſtocratico, ſanctiſſimum conſilium, atque infaillibilem prouidentiam & deciſionem, quaquidem reſpublica Chriſtiana in perpe-

tuam ædificationem, & non in deſtructionem gubernatur.

DEMONSTRATIO CAPITIS IX.

1. *De obiecto & plenitudine poteſtatis Papæ.*

2. *De legum natura, à quibuſnam ferri poſſint, & quatenus vim habeant actualem obligandi.*

3. *De hac formula definiendi in Concilijs ſæculo Gregorij VII. inuenta:* NOS SACRO *approbanti Concilio decernimus, &c.*

1. HOc capite diſputatur quare ſtatus aut Principatus Eccleſiæ dicatur monarchicus: ſeu qua in re plenitudo poteſtatis Papæ verſetur: idque à triplici cauſa ducitur: prima quoniam Pontifex ratione primatus poteſtatem ſuper Eccleſias particulares per mundum diſperſas obtinet, vt eas ſecundum ius diui-

num, naturale, & canonicum gubernet; (ſicut eſt à Patribus Conſtãtienſis ſynodi definitum ſeſſ.8. & à nobis ſupra explicatum cap. 4. & 5.) Profecto ratione primatus, Papa ſingularibus Eccleſiis mandat, vt ſe ſe ad ſynodum generalem congregent: in qua etiam ius habet præſidendi, atque inito & ſubducto ſuffragiorum numero, iuxta leges Ariſtocratici regiminis, omnia ſtatuta concludendi: & hæc prima eſt regula plenitudinis poteſtatis Papæ: Secunda vero, vt iuridice atque authoritatiue legem diuinam, naturalem, & canonicam interpretetur, necnon etiam vt de canonibus Conciliorum generalium, eo in caſu diſpenſet, quo ipſum Concilium, ſi eſſet congregatum, diſpenſaret, nempe pro communi Eccleſiæ non priuatorum bono.

II. Tertia, vt neceſſitate poſtulante, quia non ſemper haberi poteſt concilium, leges aut canones condat in actu primo: actus autem ſecundus, id eſt formalis & actualis

cauſa obligandi, ab Eccleſiæ conſenſu dependet: ratio eſt, quoniam canones aut leges Eccleſiaſticæ non ab vno Epiſcopo priuatim, ſed ab Eccleſia vere aut interpretatiue, explicite aut implicite conduntur. Ex quo fit, vt Papa Chriſtianos vlla lege aut conſtitutione obligare nequeat, ſecluſa Eccleſiæ approbatione. Quamobrem, clerus Romanus epiſtola trigeſima prima inter Cypriani epiſtolas ſcribit, *firmum decretum eſſe non poſſe, quod non plurimorum videbitur habuiſſe conſenſum.* Quæ vt magis liqueant, operæpretium eſt notare omnem legem, vt à principe manat, poſſe duobus modis conſiderari, *nimirum quoad eſſe, & operari: ſeu in actu primo, & ſecundo.* Cæterum eſſentia & actus primus legis eſt, ſubditis imperare, quatenus aliquid faciant aut non faciant: quare primo legem ab eo condi neceſſe eſt, qui ius & poteſtatem habeat imperandi: alioqui ſcita & imperata nomen aut naturam legis nullomodo merentur: vnde etiam inter ſa-

pientes percrebuit, tantumdem de alicuius Principis authoritate vel poteſtate, quantum & de iure licitum ambigere. Porro vbi lex eſt à Principe legitimo condita, eiuſdem pariter authoritate illam promulgari oportet: quæ duæ conditiones, *nimirum condere, & promulgare legem, ad eſſentiam aut primum actum legis pertinent.* At ſecundus actus, & exiſtentia legis eſt, vt præceptum vel imperium impleatur, atque in hominum mores tranſeat: itaut lex à Principe lata & promulgata, reuera populum gubernet: quod vt fiat, legem à populo approbari atque recipi neceſſe eſt: propterea quod Princeps non deſpotice ſubditis vt belluis aut mancipijs, ſed regie tanquam parens liberis, congruenter ad ius diuinum & naturale, imperare debet: quando teſte Ariſtotele in Politicis, *natura repugnat aliquam eſſe rempublicam ſeruorum.* Omnibus enim hominibus eſt inditum à natura, vt liberi & beati eſſe velint. *Quocirca omnes leges iuri naturæ vſque-*

quaque congruere, hoc est, iustæ, honestæ, possibiles, necessariæ, vtiles, secundum naturam, & patriæ consuetudinem, loco, temporique conuenire debent: distinct. 4. can. erit, & can. in istis [illegible]um leges instituuntur, cum promulgantur, firmantur cum moribus vtentium approbantur. Ex quo fit, vt Theologi doceant, *pacem, charitatem, atque dilectionem, finem esse, & propositum omnis præcepti, & legi cap. 13. ad Romanos versu* 10. atque tria esse necessaria ad essentiam & perfectionem legis: *videlicet authoritatem in eo qui legem condit, promulgationem legis: & receptionem aut approbationem per vsum.* Hæc autem si in politicis legibus, vt re vera sunt necessaria quanto magis in Ecclesiasticis: cum Ecclesiæ regimen sit aristocraticum, & Ecclesia ministeriali spirituali potestate tantum polleat, atque animis duntaxat præsit, non autem corporibus per vim externam & gladium materialem, vt princeps politicus: imperet. Quemobrem Ecclesiastici, Christianos sibi subditos, inconsultos, inuitos, dissen-

tientes, aut repugnantes obligare nequeunt, *distinct. 4. can. denique §. hæc etsi legibus constituta sunt, tamen quia communi vsu approbata non sunt, se non obseruantes transgressionis reos non arguunt, &c.* Gersonius de potestate Ecclesiastica consider. 4. *Ecclesia potest condere leges obligantes & regulantes etiam ipsum Papam, tam quoad personam, quam respectu vsus potestatis: non sic è contra potest Papa iudicare totam Ecclesiam, vel vsum suæ potestatis limitare, imo si Papa condat leges & canones, videtur obseruandum illud quod sententialiter dicit Augustinus; leges instituuntur cum promulgantur, firmantur cum moribus vtentium approbantur: hoc enim dicitur ad reprimendam præsumptionem quorumdam summorum Pontificum, vel eis adulantium, qui videntur voluisse debere seruari pro regula immutabili de Papa respectu totius prouinciæ vel totius Ecclesiæ, quod placuit Principi legis habet vigorem: quasi nullum supereſſet examen supremum.* Iacobus Almainus cap. 7. de authoritate Ecclesiæ. *Si summus Pontifex habeat iurisdictio-*

nem ſuper totam Eccleſiam categorematice: ergo poterit in illud totum etiam inuitum, aliquam iuriſdictionem exercere: conſequentia patet, quia poteſtas iuriſdictionis fori exterioris in inuitum exerceri poteſt: & falſitas conſequentis probatur: NON POTEST ILLVD TOTVM CATEGOREMATICE EXCOMMVNICARE AVT INTERDICERE, VT NOTVM EST: NEC AD ALIQVID IPSO RENITENTE ILLVD OBLIGARE; *vt patet per illud Auguſtini, leges inſtituuntur cum promulgantur, firmantur cum moribus vtentium approbantur, can. in iſtis.* Ne ſim longior hunc articulum vnius Azorij Theologi ſocietatis ſententia romo priore inſtitutionum Moralium libro quinto cap. quarto definiam. *Communis eſt canonici & ciuilis iuris interpretum opinio, inquit, vt teſtantur Abbas, & Felinus capite primo de Treuga & Pace, legem vſu non receptam vi carere, quamuis ſit authoritate Principis conſtituta, & legitime promulgata: quæ ſententia eſt iuri canonico & ciuili conſentaneæ.* Hæc ille, qui nobis inſtar omnium recentiorum eſſe de-

bet. Quocirca relinquitur Papam non posse leges dare Ecclesiæ seclu-so Ecclesiæ consensu: *atque hunc consensum canoni vniuersali æquipollere*: consequenter, recte dictum à Richerio *Ecclesiam canone non absoluta potestate gubernari.*

III. At vero me immaniter flagellant aduersarij, *quod scripserim Romanos Pontifices lapsu temporis, cum omnes Christianæ nationes summis ignorantiæ tenebris consopitæ detinerentur, absolutam potestatem omnia decernendi collegisse, præcipue à Gregorij* VII. *temporibus.* Sed excipio me hac clausula nihil aliud voluisse, quam tempus indicare, quo aristocraticum in pure monarchicum regimen degenerauit. Enimuero, cum anteactis temporibus omnia Concilia explicita dictione sententiæ Patrum singulorum celebrarentur, atque etiam omnium subscripsionibus & syngraphis robur haberent: tandem rudibus sæculis, post ruinam Ecclesiæ, atque Imperij Orientalis, Pontifices Romani omnia decreta condido-

runt, eaque concilijs approbanda ſub hac formula propoſuerunt, *Nos ſacro approbante, conſentiente, vel ſuadente concilio decernimus, ſtatuimus, præcipimus, &c.* Quare Cardinalis Alliacenus de Eccleſiæ authoritate parte tertia cap. ſecundo quærit, *an vni & ſoli Romano Pontifici competat facultas definiendi ſub hac forma:* NOS SACRO APPROBANTE *Concilio decernimus, &c. aut etiam ſub hac alia, ſacro ſanctum Concilium damnat, &c. dicit autem non eſſe quæſtionem inutilem, & vtramque formam in decretis generalium conciliorum reperiri: ſed priorem reperiri in multis conſtitutionibus ſynodalibus, & maxime in iuribus nouis: poſteriorem vero eſſe antiquiorem, & conuenientiorem, & Theologiæ magis conſonam: quia in Actibus Apoſtolorum, authoritas definiendi attribuitur Concilio, & non ſpecialiter Petro, vbi dicitur* PLACVIT NOBIS COLLECTIS *in vnum, &c. Et B. Gregorius* 15. *diſtinctione Can. ſicut: vbi dicit ſequatuor concilia ſicut ſancti Euangelij quatuor libros venerari: ſubdit cauſam,* QVIA VNIVERSALI

CONSENSV CONSTITVTA SVNT: *vnde videtur ſequi, quod authoritas definiendi maxime in materia fidei pertineat ad concilium generale, &c.* hæc Alliacenus. Quod autem inferunt aduerſarij, ex hac mea ſententia ſequi *Eccleſiam ſupina laboraſſe ignorantia, continuoque defeciſſe:* eis abſolute negatur: etſi enim Chriſtianæ nationes ſummis ignorantiæ tenebris conſopitæ detinerentur, tamen quidquid in mundo lucis & litterarum, totum ferme penes eccleſiaſticos erat: Deuſque nunquam Eccleſiæ Catholicæ defuit in neceſſariis.

CAPVT X.

Quanquam Ecclesia vnicum habeat caput essentiale, nihilominus in ratione exercitij, atque exequutionis regiminis, à Papa & à Principe politico differenter gubernatur.

SEPTIMVM, docet Ecclesiam sumptam pro cœtu fidelium, siue pro Christiana republica, vniquo & solo capite ac fundamento essentiali Christo Domino esse contentam: nihilominus, in ratione exercitij atque exequutionis regiminis eiusdem Christianæ reipublicæ, à duobus, Pontifice scilicet, & politico Principe, differenter gubernari, *can. duo sunt, dist.* 96. &

can.

can. Principes 23. *quæſt.* 5. Congruenter quidem ad præceptum Domini Matthæi 22. *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari: & quæ Dei Deo.* Hoc enim quaſi mutuo obligationis & beneuolentiæ vinculo, Eccleſiam cum politia ſeculari colligari voluit Dominus: ne Principes & Eccleſiaſtici inter ſeſe digladiarentur. Quam ſalutarem diſtinctionem, qui ignorant, diſſimulant, aut confundunt, in maximos & periculoſiſſimos ſcopulos allidunt, atque Eccleſiaſticos Principibus politicis ſuſpectos reddunt, quaſi nouis rebus ſtuderent.

Digitized by Google

DEMONSTRATIO CAPITIS X.

De duplici Ecclesiæ regimine, & Papam esse Dei Vicarium in spiritualibus: Principem vero politicum in temporalibus, ad iuris diuini, naturalis, & canonici conseruationem, & exequutionem.

NOVEM primis capitibus libelli de Ecclesiastica & politica potestate, ego sigillatim & seorsim de Ecclesiastica authoritate, *deque interno Ecclesiæ regimine disserui*: his quatuor proxime sequentibus, à decimo ad decimum quartum, mixtim & coniunctim de vtraque potestate in ordine ad gubernationem Christianæ reipublicæ agitur: quatenus Ecclesia in statu politico, tanquam in subiecto & domicilio, habitat. Verum hoc capite demonstrauimus *duplex esse regimen Ecclesiæ: alterum internum & mere spirituale, solis Ecclesiasti-*

cis proprium: alterum externum & mixtum, quod etiam poteſt Principi politico competere. Enimuero, ſicut Papa in ſpiritualibus, ita princeps politicus eſt Dei vicarius in ciuilibus & temporalibus: & vterque ſuo modo, cõformiter ad naturam ſuæ poteſtatis, vindex eſt iuris diuini, naturalis, & canonici. Cum ergo vtraque poteſtas cauſis eſſentialibus diſtinguatur, neutra quidem in alterius fines ac terminos debet inuadere: ſed quiſque Principum ſibi mutuo, amicè, & concorditer auxiliari tenentur, irrogando pœnas ſuæ authoritati proportionatim reſpondentes: Papa quidem ſpirituales ſecundum actus hierarchicos: (quoniam Eccleſia nimis non corporibus & temporalibus præeſt iure diuino: ideoque vim, ſanguinem, & coactionem externam neſcit) Rex autem temporales & corporales pœnas, quia eius eſt corporibus imperare, manum & vim externam cohibere, ac territorium tueri: quem in finem, dominum atque vſum gladij mate-

rialis à Deo possidet, Rom. 13. & cap. 11. libelli huius: Vnde Leo Magnus Epistola 33. editionis Romanæ & 23. quæst. 5. can. *Res humanæ aliter tutæ esse non possunt, nisi quæ ad diuinam confessionem pertinent, & Regis, & sacerdotalis defendat authoritas*, Anastasius PP. ad Imperatorem Anastasium: *Pectus clementiæ vestræ, sacrarium est publicæ felicitatis, vt per instantiam vestram, quem* VELVT VICARIVM DEVS *præsidere iussit in terris, Euangelicis Apostolicisque præceptis non dura superbia resistatur, sed per obedientiam, quæ sunt salutifera compleantur.* Gelasius Papa *distinct.* 10. *can. Quoniam idem mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, sic actibus propriis & dignitatibus distinctis officia potestatis vtriusque discreuit propria, volens medicinali humilitate hominum corda sursum efferri, non humana superbia in inferna demergi: & vt Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus vterentur: quatenus spiritua-*

lis actio à carnalibus distaret incursibus: & ideo militans Deo, minime se negotijs secularibus implicaret: ac vicissim non ille rebus diuinis præsidere videretur, qui esset negotiis sæcularibus implicatus. Item Gelasius *distinct. 96. can. duo sunt quippe Imperator, quibus principaliter mundus hic regitur, authoritas sacra Pontificum: & regalis potestas, in quibus tanto grauius pondus est sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus hominum, in diuino sunt reddituri examine rationem, &c.* Isidorus Hispalensis libro tertio de summo bono cap. 53. laudaturque in synodo Parisiensi sub Ludouico & Lothario Imperatoribus, lib. secundo cap. secundo. *Principes seculi nonnunquam intra Ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent, vt per eamdem potestatem disciplinam Ecclesiasticam muniant. Cæterum intra Ecclesiam potestates necessariæ non essent, nisi quod non prævalet sacerdos efficere per doctrinæ sermonem, potestas hoc impleat per disciplinæ terrorem. Sepæ per regnum terrenum cœleste regnum proficit, vt qui intra Ecclesiam positi, contra si-*

dem aut disciplinam Ecclesiæ agunt, rigore Principum conterantur: ipsamque disciplinam quam ECCLESÆ HVMILITAS EXERCERE NON PRÆVALET, *ceruicibus superborum* POTESTAS PRINCIPALIS *imponat, & vt venerationem mereatur, virtutem potestas impertiat. Cognoscant Principes seculi Deo se debere rationem reddere, propter Ecclesiam quam à Christo tuendam suscipiunt: nam siue augeatur pax, & disciplina Ecclesiæ per fideles principes, siue soluatur, ille ab eis rationem exiget, qui eorum potestati suam Ecclesiam credidit.* Quem locum Isidori Burchardus, Iuo Carnotensis, & Gratianus in suas collectiones canonum coniecerunt 23. *quæst.* 5. *can. Principes.* Porrò summa istorum testimoniorum ad quatuor redit capita: primum Ecclesiasticam & politicam potestatem immediate à Deo manare, atque natura & causis essentialibus à se inuicem distingui: Alterum sacerdotes, quoniam animis presunt, non corporibus per vim & coactionem externam imperant, nihil iure diui-

no primario habere præter doctrinæ administrationem, & cæteros actus hierarchicos, quibus peruicaces in gyrum rationis deducant: Tertium Principes politicos tanquam Dei Vicarios, iurisque diuini, naturalis, & canonici exequutores, atque Ecclesiæ defensores, constitui: Quarum vbi sacerdotes quæ sui sunt muneris obierunt, tum politicam potestatem illis subsidio esse debere: *vt quod sacerdos atque Ecclesiæ humilitas per doctrinæ sermonem, & actus hierarchicos efficere nequit, hoc cernicibus superborum potestas principalis imponat:* seruato nimirum temperamento parabolæ zizaniorum Matth. 13. Verum quod dixi politicam potestatem, id est ius meri imperij, esse immediate à Deo confirmatur Genesis nono versu 6. *Quicumque effuderit humanum sanguinem effundetur sanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus est homo.* Certè nullus præter Deum ius vitæ & necis in homines instituere potuit: qua in re supremus apex politicæ auctoritatis, *quem*

maiestatem Imperij nominant, versatur: hæcque maiestas, sicut potestas Ecclesiastica, est positiue instituta à Deo: Quapropter Reges atque politici Magistratus, *Contemptibiles esse non possunt*: quicquid Nouatores in politicæ auctoritatis contemptum, contra mentem Apostoli prioris ad Corinthios cap. 6. blaterent: Paulus enim per indignationem facta comparatione, non dogmatice & absolute loquitur.

CAPVT XI.

Cum Ecclesia neque territorium, neque ius gladij habeat à Christo, & ad finem supernaturalem tantum instituta sit, de medijs necessarijs ad beatitudinem, suasiue tantum & directiue non coactiue pœnas temporales irrogando, iudicat.

SED de hac re amplius si placet disputemus: cum enim

enim lex euangelica vitam æternam pro fine, atque animam humanam pro materia & ſobiecto natiuo habeat: tota occupari debet in internis conſcientiæ motibus dirigendis, minime vero in manu aut vi externa cohibenda, ac proinde iudicat de medijs neceſſarijs ad beatitudinem, conformiter ad cauſas eſſentiales ſpirituales religionis Chriſtianæ: *hoc eſt ſuaſiue tantum & directiue, per verbi diuini prædicationem, Sacramentorum diſpenſationem, & ſi res poſtulet, per excluſionem ab eccleſiaſtica communione ope cenſurarum, id eſt armorum ſpiritualium Eccleſiæ*: quæ olim abſque conſilio & moderatione ariſtocratica preſbyterij, de qua capite 5. diſſeruimus, nefas erat diſtringere:

idque natura regiminis ariſto-
cratici exigit : & à quo tem-
pore fieri deſiit, magna Ec-
cleſiaſticæ diſſiplinæ contur-
batio ſubſequuta eſt, ſicut
omnes periti norunt. Verum,
hæc doctrina, partim Eccle-
ſiæ definitione capite 3. tradi-
ta, partim etiam multis eui-
dentiſſimis ſcripturæ oraculis
fulcitur. Annon Dominus
Ioannis 18. diſtincte Pontio
Pilato aſſeuerat, *regnum ſuum*
non eſſe de hoc mundo? & Lucæ 9.
vulpes foueas & aues cœli nidos ha-
bere, filium autem hominis non ha-
bere vbi caput ſuum reclinet?
Quod idem eſt hac ſi perhibe-
ret, Eccleſiam, neque territo-
rium, neque ius gladij, car-
ceris, aut alterius pœnæ cor-
poralis diuinitus habere : ani-
ma enim, quæ proprium eſt

ſubiectum legis euangelicæ, interno ſolum, non externo mouetur principio: atque eius gladij materialis, neceſſario territorium, ſicut effectus cauſã, ſequitur. Hinc euenit, vt Dominus cuidam de turba, qui eum rogabat vt fratrem ſuum impelleret ad diuidendam ſecum paternam hæreditatem, reſponderit, *homo quis me conſtituit iudicem aut diuiſorem ſuper vos*? Lucæ 12. Quaſi diceret, Eccleſiam, quæ animas hominum non terrena imperia habet pro ſubiecto, de terrenis hæreditatibus ac poſſeſſionibus minime iudicare. Siquidem, *in carne ambulantes, non ſecundum carnem militamus: nam arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo, ad deſtructionem munitionum*, con-

silia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi 2. Corinthior. 10. Vbi obseruandum venit, corpora, materiali quidem gladio cogi atque occidi, intellectum vero nequaquam in obsequium Christi captiuari: hoc enim solo doctrinæ & sacramentorum pabulo consequimur. Accedit & caput 3. ad Philippenses vers. 20. vbi Apostolus perhibet *nostrum politeuma*, idest Christianam gubernationem, totam *esse in cælis, vnde Saluatorem Dominum nostrum Iesum Christum expectamus*: idque ita esse voluit Dominus, ne Ecclesiastici, aut sæuis, aut negotiis secularibus sese immiscerent. Quid

preterea D. Benardum lib. 1. de consideratione cap. 5. commemorem ? *Non monstrabunt puto, inquit, vbi aliquando quispiam Apostolorum iudex sederit hominum, aut diuisor terminorum, aut distributor terrarum. Stetisse denique ego Apostolos iudicandos, sedisse iudicantes non lego, &c. Ergo in criminibus, non in possessionibus potestas vestra : quoniam propter illa, & non propter has, accepistis claues regni cœlorum : prœuaricatores vtique excluſuri, non possessores. Quænam tibi maior videtur dignitas, & potestas, dimittendi peccata, an prædia diuidendi ? sed non est comparatio : Habent hæc infima & terrena iudices suos, Reges & Principes terræ : quid fines alienos inuaditis ?*

Contra hæc diuina oracula, meridiana quidem luce

clariora, duo potiſſimum obijci video: Primum, Ananiam cum Saphira vxore, morte punitos fuiſſe à B. Petro, ob mendacium factum Spiritui Sancto Actorum 5. Deinde, Apoſtolum primæ Corinthiorum 6. indicare Chriſtianos, quandiu ſub ethnicis Principibus & magiſtratibus degerunt, ſibijpſis iudices in cauſis ciuilibus deligere potuiſſe, *Secularia igitur iudicia ſi habueritis*, ait *Contemptibiles qui ſunt in Eccleſia conſtituite ad iudicandum*. Reſpondeo, illud eximium Petri facinus, miraculoſum, extraordinarium, & ſancti Spiritus afflatu factum, ac proinde, ad ius ordinarium non ſpectare nihiloque magis trahi poſſe in argumentum, quam vel caput primum Iere-

miæ, *Ecce conſtitui te ſuper gentes, & ſuper regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, &c.* vel locum de duobus gladijs lucæ 22. quandoquidem, hæc allegorice & ſpiritualiter intelligenda ſunt: ab allegorico autem & myſtico ſenſu, validum argumentum duci non poſſe, ipſi etiam pueri norunt. Neque eſt profecto, quod hæc D. Bernardi auctoritas cuiquam religionem faceſſat, cap. 4. libri 4. ad Eugenium, *Conuerte gladium tuum in vaginam: tuus ergo & ipſe: tuo forſitan nutu, & ſi non tua manu, euaginandus, vterque ergo Eccleſiæ, & ſpiritualis ſcilicet, gladius & materialis: Sed is quidem pro Eccleſia, ille vero & ab Eccleſia exerendus eſt: ille ſacerdotis, is militis manu, ſed ſane ad nutum ſacer-*

dotis, & iussum Imperatoris. Hæc enim tantum declarant, Ecclesiam ius habere innuendi, id est docendi & suadi, quando Princeps politicus gladio vti debeat ad gloriam Dei: de qua re capite sequenti. Certe, cum Ecclesiastici vitæ sanctimonia splenderent, Principes Christiani, vt omnem iniustitiæ suspicionem à suis incœptis & consilijs amolirentur, pace & bello, ecclesiasticorum consilio iure quidem vtebantur: Sed ab eo tempore id merito facere desierunt: quo Ecclesiastici in suspitionem affectatæ monarchiæ temporalis venerunt: de qua Eugubinus, Bozzius, Carerius, & ipsi Cardinales Bellarminus, atque Baronius libros operosissime scripserunt. Quæ opi-

nio ſi vera eſſet, tamen ratio & prudentia illos auctores docere debuerat, vt his infeliciſſimis temporibus ſibi ab huiuſmodi ſcriptione temperarent. Secundum argumentum, fallit, ab ignoratione elenchi: etſi enim teſtimonia ſacræ ſcripturæ paulo ante laudata aperte conuincant Eccleſiam iure diuino territorium, ius gladij, & fori contentioſi, minime habere; attamen, non negant, quin iure humano & ex Principum conceſſione illud poſſidere queat: locus autem Apoſtoli, non de diuino, *ſed de humano & arbitrario iure loquitur*, puta quando ex mutua litigatorum conſenſione, arbitri cooptantur, qui diſſidia & lites ſine ſtrepitu forenſi ami-

ce dirimant : hoc enim omnes facile animaduertent, qui caput 6. primæ Corinthiorum consiederare, & sine alio quam veritatis præiudicio legerint.

DEMONSTRATIO CAPITIS XI.

1. *Censuras Ecclesiasticas, sicut & leges, posse considerari in actu primo & secundo: neque antiquitus in rem iudicatam, secluso Aristocratico concilio presbyterij, mitti consueuisse.*

2. *Territorium iure diuino naturali addictum esse ciuili societati : Ecclesiæ autem solo iure humano competere.*

I. HOc capite de potestate indirecta Ecclesiæ in res temporales disputatur : verum quia illi ipsi qui libellum meum censura inusserunt *declarant se Regis atque Regni iura cum Ecclesiæ Gallicanæ libertatibus, sal-*

ua atque intacta esse velle. Et M. Andræas Vallius, ab hac odiosa quæstione consulto abstinuit, nihil video causæ cur in præsentiarum de hac re pluribus differam: duo tamen sunt quæ presertim explicationem desiderant: primum, vt verum sit olim nefas fuisse gladium excommunicationis absque consilio & moderatione aristocratica presbyterij in aliquem distringere: hoc enim aduersarij grauiter in me culpant: quibus vt fiat satis est obseruandum, quamquam excommunicatio sit pœna, & medicina, sicut ab omnibus Theologis & Canonistis appellatur, tamen legis naturam & conditiones stricte æmulari, de quibus supra cap. 9. *quamobrem iusta esse debet, necessaria, possibilis, vtilis, loco, temporique conueniens, atque pacem & charitatem habere pro fine.* Quæ conditiones & circumstantiæ, eiusmodi sunt, vt aristocratici Concilij prouidentiam merito desiderent, quo accurate & sigillatim cognoscantur. Itaque licet Papa & singuli Episcopi, quisque

proportionatim & reſpectiue cenſuras in actu primo diſtringere valeant: tamen actus ſecundus aut exercitus, à receptione, quo cenſuræ in vſum & mores populi tranſeunt, formaliter dependet, ſicut obſeruatum eſt de legibus cap. 9. Porro actus primus cenſurarum eſt imperare vt aliquis Eccleſiaſtica communione excludatur; atque in eum finem decretum facere, & promulgare; hocque à ſolis Epiſcopis abſque temperamento ariſtocratico fieri poſſe nemo ambigit: ſed cenſuras ſic latas aut promulgatas actu & reuera obligare, antequam communis Eccleſiæ, & preſertim totius preſbyterij conſenſus acceſſerit, plane negatur. Almainus capite VII. de Eccleſiæ authoritate: *Petrus & quilibet eius ſucceſſor*, ait, VTITVR CLAVIBVS VICE ECCLESIÆ VNIVERSALIS, *quam ſignificat: Itaque ſummus Pontifex excommunicat, confert beneficia, ſimiliter & indulgentias, & ſic de alij actibus Eccleſiaſticæ poteſtatis*, AVTHORITATE TOTIVS ECCLESIÆ: &

iſtud rationabiliter eſt, EO QVOD SVFFRAGIA, QVIBVS PRIVATVR EXCOMMVNICATVS, SVNT ECCLESIÆ NON SVMMI PONTIFICIS: *hinc Prælati dicuntur, nomine totius Eccleſiæ aliquem poſſe illorum participatione priuare: hinc dicit quidam Doctor, Paulum noluiſſe excommunicare publicum fornicarium, vt patet primæ Corinthiorum 5. niſi Corinthiis congregatis: vnde ſic dicitur: Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu, iam iudicui vt preſens, eum qui ſic operatus eſt, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti congregatis vobis & meo ſpiritu, cum virtute Domini noſtri Ieſu Chriſti, tradere huiuſmodi hominem Sathanæ, in interitum carnis, &c.* Hic ergo, dignum animaduerſione eſt, Apoſtolum quamquam ſpiritu Dei plenum, ferre ſolummodo excommunicationem in actu primo: deinde actum ſecundum Corinthienſi Eccleſiæ peragendum relinquere. B. Cyprianus *praxim Eccleſia primitiuæ refert Epiſtola 28. ad preſbyteros & Deaconos fratres: Interea ſi quis immoderatus & præceps,*

siue de nostris presbyteris, & Diaconibus, siue de peregrinis, ausus fuerit ante sententiam nostram communicare lapsis, à communicatione nostra arceatur: apud nos omnes causam dicturus temeritatis suæ, quando in vnum permittente domino conuenerimus. Desideratis quoque vt de Philumeno & Fortunato hypodiaconis, & Fauorino Acolytho, qui medio tempore recesserunt, & nunc venerunt, quid mihi videatur rescribam: Cui rei NON POTVI ME SOLVM IVDICEM DARE, CVM MVLTI ADHVC A CLERO ABSENTES SINT, *nec locum suum vel sero repetendum putauerint, Et hæc* SINGVLORVM TRACTANDA SIT ET LIMANDA PLENIVS RATIO, NON TANTVM CVM COLLEGIS MEIS, *sed & cum plebe ipsa vniuersa: Expensa enim moderatione libranda & prononcianda res est, quæ in posterum circa ministros Ecclesiæ constituat exemplum*: hucusque lumen Ecclesiæ Africanæ Proculdubio cum superius cap. quinto probauerim *etiam Presbyteros debere in commune Ecclesiam regere cum Episcopis, eo ipso quod in solidum effecti sunt participes sa-*

cerdotij Christi: constet autem Episcopos censuras distringere quatenus Ecclesiam representant, & sub hac circumstantia suffragijs Ecclesiæ excommunicatos priuare: inde necessario colligimus, censuras, saltem absque consensione presbyterij, in rem iudicatã mitti non debere: olim enim vt ostensum est, *presbyteri erant senatus Ecclesiæ, & natiuum concilium Episcoporum:* quam ob causam sententiæ dictionem habebant in synodis, quas etiam suis syngraphis, vna cum Episcopis, roborabant, vt docuimus supra cap. 5.

II. Alterum quod enucleationem desiderat est, qua notione dixerim *territorium vni ciuili societati & politicæ potestati proprium ac natiuum esse:* hoc autem pro me docet Psalmista: *Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filijs hominum.* Psalm. 113. & B. Augustinus quonam modo intelligendum sit clare explicat distinct. 8. can. *Quo iure defendis villas Ecclesiæ, diuino an humano? diuinum ius in scripturis habemus, humanum in legibus Regum: vnde quisque possidet quod pos-*

ſidet, nonne iure humano? Nam iure diuino Domini eſt terra, &c. iure tamen humano dicitur, hæc villa mea eſt, hæc domus mea eſt, hic ſeruus meus eſt: iura autem humana iura Imperatorum ſunt. Quare? quia ipſa iura humana per Imperatores & Reges ſeculi Deus diſtribuit generi humano. Tolle iura Imperatorum, & quis audet dicere mea eſt illa villa, aut meus ille ſeruus, &c. Nolite dicere quid mihi & Regi: quid tibi ergo & poſſeſſioni? per iura Regum poſſidentur poſſeſſiones. Porro, ſententiæ Auguſtini hæc genuina eſt ratio, *quod iure naturali omnia ſint communia: & iure gentium ac ciuili,* MEVM ATQVE TVVM *à Regibus & Principibus politicis conſtituta ſint: ius autem gentium eſt tanquam concluſio iuris naturalis poſt Adami peccatum.* Quare hoc ſenſu & ſecundum iuris gentium placita, contendo hæc verba Chriſti eſſe capienda, *Regnum meum non eſt de hoc mundo*, Ioannis 18. & Lucæ 9. *Vulpes foueas, & aues cœli nidos habent, filius autem hominis non habet vbi caput reclinet*: quaſi Dominus

minus diceret, Ecclesiam diuinitus territorium, aut ius gladij materialis non habere, ad potestatem aliquam temporalem sibi vindicandam, & MEVM AC TVVM *constituendum in Ecclesia*, more Principum sæculi: vnde Lucæ 12. de fratrum super paterna hereditate altercantium dissidio cognoscere detrectat. Quamquam autem Ecclesia iure diuino territorium non habeat, id tamen non impedit quominus iure humano, & largitione Principum sæcularium possideat: quod ego his concœptis verbis docui cap. XI. libelli mei: *Etsi testimonia sacræ scripturæ paulò ante laudata conuincant, Ecclesiam iure diuino territorium, ius gladij, aut fori contentiosi minime habere: attamen non negant quin iure humano & ex Principum concessione illud possidere queat.* Quæ clausula meis conuitiatoribus os, si quod habuissent, occludere debuerat: quandoquidem illos non puduit spargere, mihi propositum omni bonorum possessione Ecclesiasticos spoliare.

CAPVT XII.

Princeps politicus, vt Dominus reipublicæ ac territorij, vindex eſt atque protector legis diuinæ, naturalis, & canonicæ: Quare, in eum finem leges figere, & gladium diſtringere poteſt.

IAM ad ciuilem poteſtatem tranſeamus: ſane, cum Princeps politicus dominus ſit reipublicæ, atque territorij; vindex ac protector legis diuinæ, naturalis, & canonicæ, eaque de cauſa gladium portet Roman. 13. ſolus habet facultatem cogendi, aut coercendi, irrogando pœnas corporales. Quapropter ad Eccleſiæ incolumitatem, & canonum eccleſiaſticorũ exe-

cutionem, leges ſancire, atque inter ſua edicta, codices, aut capitularia inſerere poteſt: ſicut de imperatoribus Conſtantino, Theodoſio, Iuſtiniano, Carolo magno, B. Ludouico, Carolo VII. Franciſco I. aliiſque Gallorum principibus exploratū habemus. Vnde Auguſtinus epiſt. 48. ad Vincentium ait, *Reges terræ Chriſto ſeruire debere, etiam leges ferendo pro Chriſto*; iuxta Dauidis oraculum, *& nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram: ſeruite Domino in timore.* Euſebius pariter, cap. 24. libri 4. de vita Conſtantini magni, narrat optimum Principem ſic Epiſcopos affari conſueuiſſe, *Vos intra, ego autem extra Eccleſiam à Deo Epiſcopus conſtitutus ſum*: quaſi di-

ceret, Principibus Christianis ex proprio officio incumbere, ad diuini, naturalis, & canonici iuris executionem leges scisscere, & si res postulet (seruato temperamento parabolæ zizaniorum, Matthæi 13. id est publica pace salua) gladium distringere: hoc enim D. Augustinus Epistola ad Vincentium memorata, liquido demonstrat. Quibus bene perceptis, facile est videre, & quo sensu Optatus Mileuitanus asserat, *Ecclesiam esse in republica*: hoc est, tanquam in alieno fundo, territorio, ac dominio: & iurene an iniuria olim Christiani Principes. Nicænam synodum, Constantinopolitanam, Ephesinam, Chalcedonensem, atque alia con-

cilia generalia coëgerint: hoc enim ad legis diuinæ, naturalis, & canonicæ executionem ſpectat.

DEMONSTRATIO CAPITIS XII.

1. *Qua notione Conſtantinus ſe Epiſcopum exteriorum negotiorum vocitarit: & quantam curam de Eccleſiaſtica diſciplina melius conſtituenda geſſerit.*

2. *Pontificale Romanum clare docere, Reges eſſe participes miniſterij Epiſcoporum in exterioribus negotijs curandis.*

3. *Quod Papa & Imperatores proportionatim & reſpectiue eius habeant ſynodorum indicendarum, velut iuris diuini, naturalis, & Canonici vindices.*

I. HOc caput eſt tanquam appendix duorum ſuperiorum capitum, declaratque qua ratione Princeps politicus ſit vindex atque

exequutor iuris diuini, naturalis & canonici, erga omnes ciues ambitu reipublicæ contentos, tum Ecclesiasticos, cum Laicos, nemine dempto. Nam *cum vnicuique Deus mandarit de proximo suo*, Ecclesiast. 17. quemadmodum Ecclesiastici ius habent regendi spiritualiter Principes, atque Magistratus politicos secundum actus hierarchicos: ita & Principes politici vicissim suo iure vti possunt erga Ecclesiasticos, eosque ad iuris diuini, naturalis & canonici obseruationem, charitate & publica tranquillitate seruata cogere: quæ tranquillitas, vt iam docui, est finis omnis præcepti. Et hinc datur intelligi, quid causæ habuerit Constantinus Magnus, *vt se communem Episcopum exteriorum negotiorum Ecclesiæ vocitaret*: facta allusione ad officium & curam episcopalem, quod est intendere, inuigilare, magnamque curam & solicitudinem de prouincia sibi credita habere. Neque vero putandum optimum principem hac notione sibi potestatem

condendi canones, aut leges pure ſpirituales, arrogare: ſed tantummodo deſignare voluiſſe, ſuarum eſſe partium canones iam latos exequutioni mandare, atque Eccleſiam & religionem catholicam erga omnes protegere, in eumque finem edicta & leges ſciſcere. *Nam ſicut ſacerdos debitor eſt vt legem quam audiuit à Deo liberè prædicet: ſic Laicus debitor eſt vt veritatem quam audiuit quidem à ſacerdotibus probatam in ſcripturis, fiducialiter defendat, cauſa* XI. *quæſt. 3. can. 86. nolite §. nam ſicut ſacerdos.* Hercle quidem, cum eſſe Epiſcopum nihil aliud ſit, quam eorum ſaluti qui in noſtra manu ſunt ſedulo intendere, ac inuigilare: non modo ſacerdotes, verumetiam omnes Reges, Patres familias, & ſcholæ magiſtri, appellationem Epiſcopi ſibi iure vendicare poſſunt. Vnde Euſebius Pamphilus eam ob cauſam Conſtantinum Magnum, *communem appellat Epiſcopum*, libro primo vitæ Conſtantini cap. trigeſimo ſeptimo. *Et quamquam communiter*

erga omnes se talem præstitit : tamen Ecclesiæ Dei eximiam & peculiarem curam adhibens , cum quidam Ecclesiastici inter se in diuersis locis dissentione discordarent , TANQVAM COMMVNIS EPISCOPVS A DEO CONSTITVTVS, *ministrorum Dei coegit Concilium: & in media istorum frequentia ac congressu , adesse & vna considere non dedignatus , rerum in deliberationem vocatarum se fecit participem : easque res quæ ad diuinam pacem spectabant , omnibus procurauit : in medio consessu quasi vnus è multis assedit : & quoniam Dei timore vndique septus fuit , & amicis fidelibus maximeque beneuolis circummunitus , primum satellites amouit à se , & totam stipatorum turbam , &c.* Qui locus non modo nobis eximie officium Episcopatus Constantini in tuenda & optimè constituenda disciplina , & pace Ecclesiæ , verum etiam demonstrat , qua mente & proposito , idem Constantinus se se communem Episcopum indigetarit, apud eundem Eusebium lib. quarto vitæ Constantini cap. 23. & 24. illum

lum si placet loquentem audiamus. *Etiam ad ipsos gentium præfectos Imperatoris nutu & voluntate edictum perlatum est, vt illi perinde Dominicum diem venerarentur: itidem consecratos martyribus dies honore prosequebantur, & festorum solemnitates in Ecclesiis celebrabant: quæ omnia secundum Imperatoris voluntatem gerebantur. Ex quo etiam factum est, vt cum Episcopos nonnullos conuiuio excepisset, ipse nobis audientibus se Episcopum appellaret, his fere verbis:* VOS, INQVIT, INTRA ECCLESIAM, EGO EXTRA ECCLESIAM A DEO EPISCOPVS CONSTITVTVS SVM. *Itaque cum quæ loquebatur eadem mente secum cogitaret,* ANIMVM IN OMNES QVI EIVS SVBERANT IMPERIO INTENTVM HABVIT: *hortatus pro virili vt piam omnes vitam excolerent.* Quæ postrema verba, *animum in omnes qui eius suberant Imperio intentum habuit, &c.* à nominis notatione, quodnam esset communis episcopatus Constantini officium declarant: *scilicet intendere, vt omnes qui eius suberant Imperio, piam vitam ex-*

colerent, atque ius diuinum, naturale, & canonicum obseruarent. Etsi autem Edictum Constantini aduersus Gentiles, vt diem dominicum cum festis Martyrum seruarent, ansam præbuerit Eusebio referendi illud Constantini Apopthegma, quo se communem Episcopum venditat: nihilominus ea quæ ibidem & alias passim, *de intendentia atque vigilantia optimi Principis, in omnes qui eius subeorant Imperio, memorat, vt piam vitam excolerent, atque disciplinam ecclesiasticam ad normam canonum iam latorum seruarent*, plane conuincunt illos, vel omnem pudorem exuisse, vel nunquam legisse historiam Ecclesiasticam, qui confidenter asserunt, Constantinum appellari cõmunem Episcopum, non propter Christianos, sed propter Gentiles qui extra Ecclesiam erant: vtque alia innumera testimonia prætermittamus, idem Eusebius lib. priore vitæ Constantini, capite trigesimo septimo supra edito, nominatim & explicatè ait: *Constantinum tanquam communem E-*

piſcopum ſynodos indixiſſe & coegiſſe, ac in eis ſententiam dixiſſe, vt Epiſcopos diſſidentes reconciliaret, pacemque daret Eccleſiis : certè hominum frontem ſatis mirari non poſſum!

II. Quid autem in antiquioribus exemplis perquirendis hæremus diutius: cum Romanum Pontificale, iuſſu Clementis VIII. recognitum & anno 1595. Romæ editum, conceptis verbis teſtetur, *Reges eſſe Dei Vicarios & participes miniſterij Epiſcoporum, propter externum regimen Eccleſiæ* : faue auribus Lector, ſic enim collecta oratio pro Regis benedictione, conſecratione folio ducenteſimo trigeſimo ſexto, & ducenteſimo trigeſimo ſeptimo editionis Romanæ concipitur: *Accipe coronam Regni, quæ licet ab indignis, Epiſcoporum tamen manibus capiti tuo imponitur, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: quam ſanctitatis gloriam & honorem, & opus fortitudinis ſignificare intelligas: & per hanc te participem miniſterij noſtri non ignores: itaut* SICVT NOS IN INTERIORIBVS

Pastores, Rectoresque animarum intelligimur, ITA ET TV IN EXTERIORIBVS VERVS DEI CVLTOR; *strenuusque contra omnes aduersitates Ecclesiæ Christi defensor, assistas: Regnique tibi à Deo dati, & per officium nostræ benedictionis in vice Apostolorum omniumque sanctorum regimini tuo commissi vtilis exequutor, proficuusque regnator semper appareas: vt inter glorioſos Athletas, virtutum gemmis ornatus, & præmio sempiternæ felicitatis coronatus, cum redemptore ac saluatore nostro Iesu Christo, cuius nomen* VICEMQVE GESTARE CREDERIS, *sine fine glorieris. Qui viuit & imperat Deus, &c.*

III. At vero M. Andræas Vallius me hostili animo carpit, quia dixi ex principiis hoc capite euolutis, procliue esse cognoscere, *iurene an iniuria olim Christiani Principes, Synodum Nicænam, Constantinopolitanam: Ephesinam, & Chalcedonensem, atque alia Concilia generalia coegerint: hocque ad legis diuinæ, naturalis, & canonicæ exequutionem spectare.* Quando quidem ille exclamat pag. 128. Elenchi, *hoc*

ad hæreſim manifeſtam ſpectare, & me cum Luthero, Caluino, & alijs hereticis ſentire. Sed bona verba quæſo amice, vbique ſi potes à conuitijs ſpargendis tempera! quando enim cap. ix. libelli de Eccleſiaſtica & politica poteſtate, de plenitudine auctoritatis Papæ diſputans, docui illum ratione primatus ius habere congregandi & conuocandi Eccleſias particulares ad ſynodum generalem, &c. non debes moleſte ferre, quod hic de iure Imperatorum & Principum politicorum ſeparatim tractem: maxime vero, quia vt ſupra docui, Papæ atque regibus, ſuo cuique modo proportionatim & reſpectiue: ius diuinum naturale, & canonicum exequutioni mandare incumbit: nam Papa cenſuras & pœnas ſpirituales, Princeps autem politicus corporales & temporales infligit. Vtrum autem Imperatores aliquando concilia generalia indixerint, Lector ſtudioſus ſola lectione actorum cognoſcet, initio cuiuſque actionis ſynodorum generalium,

quarum gesta integra habemus, presertim primi Concilij Ephesini, Chalcedonensis, & cæt. Quod si laborem hæc acta legendi grauate ferat, saltem Gratiani decretum consulat, distinct. 15. can. *Sancta Romana Ecclesia*, & XI. *quæst.* 1. *can. Continua*, *vbi Constantinus Nicæno Concilio præsedisse dicitur: Item* 12. *quæst.* 1. *Can. futuram* §. *idem vero presidens.*

CAPVT XIII.

Princeps politicus, vt Ecclesiæ protector: & vindex canonum, iudex est legitimus appellationum quas ab abusu vocant: & hinc Ecclesiæ Gallicanæ libertates originem sumpserunt.

HIc pro coronide & appẽdicula attexemus, natiuas Ecclesiæ Catholicæ libertates, siue ius commune à

Deo & natura inſtitutum, his octo proloquiis ac fundamentis, tam perſpicue roborari, vt nemo in illud impingere poſſit, quin eadem opera, legem diuinam, naturalem, & canonicam labefactet. Hoc autem quoties accidit, toties Gallis iuſtam præbuit occaſionem prouocandi tanquam ab abuſu: quarum appellationum, Princeps & Magiſtratus politicus velut Eccleſiæ protector, & vindex canonum, ſummam habet moderationem: de ſolo enim abuſu iudicat, idque ad executionem canonum pertinet. Verum, hæc ratio procedendi Gallorum, originem præbuit Eccleſiæ Gallicanæ libertatibus, vt eas vulgo nominant. Audio Hiſpanos, at-

que alias nationes Christianas, quando aliquid à Romana Curia emanat, quod eorum moribus ac institutis aduersatur, intercedere consueuisse, quo minus id executioni mandetur: Ex quo appareret, illos cum Gallis reipsa conuenire, forma tantum, & & modo agendi hæc in parte discrepare.

DEMONSTRÁTIO CAPITIS XIII.

QVONIAM M. Andræas Vallius ab hoc capite lacerando penitus vngues abstinuit, de illo quoque silebimus: in eo autem explicatur quibus fundamentis Catholicæ, & Gallicanæ Ecclesiæ libertates, siue ius commune à Deo & natura institutum, nitantur; de

qua re in præſentiarum plura non dicam.

CAPVT XIV.

Confutatio argumentorum, quibus abſoluta poteſtas Romano Pontifici tribuitur.

QVI contrariam ſententiam, ideſt abſolutam poteſtatem tuentur, primo ſtatum Eccleſiæ cum ipſius regimine confundunt: Enimuero, quia Chriſtus D. Petrum in Eccleſiæ paſtorem ac vicarium ſuum adoptauit, Ioannis 21. idemque Dominus rex eſt, & monarcha abſolutus Eccleſiæ, capite 3. Inde colligunt, abſolutum ſiue pure monarchicum regimen, B. item Petro Chriſti

Digitized by Google

vicario congruere, & continuo Romanum Pontificem, nonmodo totam iurisdictionem ecclesiasticam, verumetiam auctoritatem quoque in temporalia, saltem indirecte, & in ordine ad spiritualia, vt illustrissimus Cardinalis Belarminus docet, possidere.

Secundo inducunt, nulla omnino opus esse celebratione conciliorum ad Ecclesiam melius sanctiusque gubernandam, cum Dominus vni & soli Petro infaillibilem auctoritatem, cum potestate confirmandorum fratrum, detulerit, Lucæ 22.

Tertio statuunt, si forte aliquando frequententur concilia, Ecclesiam in synodum congregatam, nullum plane ius habere aliquid decernen-

di, ſecluſo aut non conſentiente Romano Pontifice.

Quarto, ſummum Pontificem, omnes canones vniuerſalium conciliorum ad eccleſiaſticam politiam ſpectantes, poſſe ex animi ſui ſententia antiquare, iuſque omnino relaxare, & nouum condere.

Quinto, Papam, nonmodo habere auctoritatem ſupra particulares Eccleſias per mundum diſgregatas, verumetiam ſupra vniuerſale concilium: eique nullo in caſu ſubijci.

Quæ fundamenta, procliue eſt vnicuique, antecedentibus principiis bene perceptis, conuellere: eo enim omnia tendunt, vt Petro Miniſteriali capiti, eam adſcribam poteſtatem, quæ vni & ſoli

Christo Domino ac fundatori Ecclesiæ conuenit : quod est sophisticum, à dicto simpliciter ad dictum secundum quid. Annon obsecro longe diuersa est Domini atque œconomi, ideſt Christi & Petri causa? nam Ecclesia per & propter Christum; Petrus autem per & propter Ecclesiam, sicut oculus per & propter hominem, subsistit.

Solutio secundi principij, ab iis peti debet, quæ capite 7. obseruauimus.

Tertium, quartum, & quintum, non sunt vnius assis: siquidem, fallunt à dicto simpliciter ad dictum secundum quid: quasi Petrus eandem habeat potestatem in Ecclesiam cum Christo. Proculdubio, si verum amamus, omni-

bus hominibus eſt indictum à natura, vt liberi beati eſſe velint: quis autem naturaliter beatus eſſe poteſt abſque libertate? At ſi infaillibilitas decernendi in vno & ſolo habitat Pontifice, nullus in Eccleſiæ conuentibus libertatem ferende ſententiæ obtinet, contra quam Domino placuit, Matthæi 18. qua de re, videndum caput 6. Certe, ſi hæc ſententia inualeſcat, ſequitur Chriſtum extrema quæque paſſum, vt Eccleſiam ſponſam, ideſt vniuerſos Chriſtianos, deſpotico Romani Pontificis imperio ſubderet: quod iuri diuino & naturali funditus repugnat.

Andræam Vallium exercent : primum diſputat qui fieri poſſit *vt S. Petrus per & propter Eccleſiam eſſe dicatur, ſicut oculus per & propter hominem :* cum Chriſtus non autem Eccleſia, Petrum cooptarit, eique facultatem paſcendi oues ſuas dederit. At primum reſpondeo, hanc obiectionem facilè ex principiis cap. 1. & 11. libri de Eccleſiaſtica & politica explicatis dilui : *videlicet claues architectonice, per dominium & proprietatem toti Eccleſiæ datas, vt à ſingularibus prælatis, quo ad miniſterium, & exequutionem exercerentur.* Secundo, ſicut duplex eſt via producendi hominem, nimirum extraordinaria per creationem, & ordinaria per generationem : ita duplicem eſſe viam propagandæ authoritatis Eccleſiaſticæ contendit Caietanus lib. de authoritate Papæ & Concilij cap. 3. videlicet extraordinariam, quæ immediate à Deo per primam Eccleſiæ fundationem proceſſit : & ordinariam quæ quotidie miniſterio Eccleſiæ peragitur; ſi quidem vt iam dixi,

Ecclesia claues architectonice & per dominium possidet : itaque sicut Philosophi & Medicini cum de hominis productione disserunt, potius argumenta sua ab generatione quam à creatione hominis promunt : similiter etiam Theologi, quoties de via propagandæ potestatis Ecclesiasticæ verba conserunt, suas ducere debent probationes ab ordinaria non extraordinaria collatione potestatis Ecclesiasticæ, sicut ego feci toto hoc libello. Etsi enim Christus fundando Ecclesiam B. Petrum instituerit Primatem, tamen cum claues toti Ecclesiæ architectonice contulerit, necessario insurgit Petrum more aliorum hominum sacerdotio Christi & communioni sanctorum, esse subiectum ; ac potestatem Petro collatam, totam esse in ordine ad regimẽ aristocraticum. Certe ne Christus contra naturæ legem & viam ordinariam Petrum primatem creasse viderentur, eumdem *ab aliis Apostolis in Principem recipi voluit, can. in nouo distinct. 21. can. sacrosancta*

ſacroſancta diſtinct. 22 §. *inter beatos, & can. dudum* §. *quoniam* 3. *quæſt.* 6. Quibus accurate ponderatis comprobatum relinquitur. S. *Petrum etiam per & propter Eccleſiam exiſtere.*

II. Secundo ambigitur, quam ob rem ego dixerim *neminem naturaliter beatum eſſe abſque libertate: atque omnes Epiſcopos beatos non eſſe, dato quod infaillibilitas decernendi in vno & ſolo habitet Pontifice: propterea quod in Eccleſiæ conuentibus, nullus illorum libertatem ferendæ ſententiæ obtineat, contra quam Domino Placuit Matthæi* 18. At reſpondeo, me hoc dixiſſe propter ſtatus & dignitatis Epiſcopalis, atque ariſtocratici regiminis Eccleſiæ naturam: cum enim omnes Epiſcopi in ſolidum participes ſacerdotij Chriſti cum Papa exiſtant, ac indiuiduè & ex æquo ſint ſucceſſores Apoſtolorum, atque excepto primatu, Papa nihil habeat iure diuino, quo Epiſcopis antecellat: ſequitur neceſſario Epiſcopos eſſe ordinarios iudices omnium controuerſiarum Eccleſiæ: & in ſynodis, Papam illo-

rum ſuffragia ponderare & ſubdu-
cere, ſicque comunionem ſancto-
rum ſuauiter, non abſoluto imperio
teneri defigere: contra quam Bellar-
mino placet, lib. primo cap. decimo
octauo de Conciliorum authoritate
ſub finem, vbi contendit, *Papam*
velut ſummum Eccleſiæ principem &
monarcham, omnium Epiſcoporum, ſen-
tentiam & iudicium poſſe retractare:
quod vt gratis ab eo dicitur, ſic ab-
ſolute negatur: toto enim cælo Pri-
matus & abſoluta monarchia di-
ſtant. Verum ſicut in facultate Theo-
logica Pariſienſi, verbi cauſſa, om-
nes Doctores, iuxta ſtatum ſui do-
ctoratus, liberi & beati non eſſent
niſi libera ſententiæ dictione frue-
rentur, eorum que ſententiæ in con-
uentibus facultatis ponderarentur,
atque ſubducerentur: pariter etiam
Epiſcopi, conformiter ad ſtatum
Epiſcopalem, beati & liberi non eſ-
ſent, ſi vt Bellarminus perſuadere
vult, Romanus Pontifex deſpotice
omnium Epiſcoporum ſententiam
ſynodice latam, antiquare poſſet:

Digitized by Goog

quandoquidem Papa non eſt Dominus Eccleſiæ, vt Rex Ftanciæ regni ſui.

III. Tertio, velut male ſonans reprehenditur, quod ego perhibeo, *ſi infaillibilis monarchia inualeſcat, ſequi Chriſtum extrema quæque paſſum, vt Eccleſiam ſponſam deſpotico Romani Pontificis Imperio ſubderet*: At excipio, me hæc nominatim aduerſus Caietanum ſcripſiſſe, qui obtendit Eccleſiam ſponſam Chriſti, & omnium fidelium, atque ipſiuſmet Papæ matrem ac dominam, *eſſe ſeruam natam reſpectu Pontificis Romani*: genuina ſunt illius verba, tractatu *de comparata authoritate Papæ Cap. primo.* Quod autem infert, *ſignum infaillibilis ſeruitutis Eccleſiæ eſſe quo ad ius Principatus, quod Eccleſia non poſſit ſibi ipſi regimen retinere, nec duobus aut tribus committere*: plane ſophiſticum eſt: nam homo obnoxius imaginatur, Papam diuinitus conſtitutum eſſe abſolutum Eccleſiæ monarcham: ſed iam multoties dixi, atque iterum inculco, aliud eſſe de prima-

tu, aliud de abſoluta Papæ monarchia diſſerere: & quamquam primatus quoad inſtitutionem & eſſentiam, iuris ſit diuini immutabilis, nihilominus ſubiectiuè, quo ad exiſtentiam, vſum, exequutionem, & limitationem, omnino ab Eccleſiæ ſtatutis, definitione, & ariſtocratico regimine pendere, vt ex can. ſexto Concilij Nicæni claret, in quo totus orbis Chriſtianus in certas diœceſes, quos Patriarchatus nominant, diſtribuitur: Inſuper quoque quarta & quinta ſeſſione Conſtantienſi cõprobatur, quibus Pontifex canonibus conciliorum generalium in certis caſibus ſubijcitur: Verum quando & primatus & ariſtocraticum regimen ſunt diuinæ inſtitutionis, equidem certiſſimum eſt, neque Eccleſiam primatum; neque viciſſim primatum poſſe ariſtocraticum regimen abrogare. At ſi ſeruituti deputandum foret, vt cauillatur Caietanus, quod Eccleſia primatum antiquare nequeat: à pari & fortiori inferre liceret, Papam eſſe ſeruum

natum Eccleſiæ : hic enim Caietanum ſuis ampullatis verbis munerari lubet : cauſa eſt , quia Pontifex ſacerdotium Chriſti , & vna cum ſacerdotio , iuſtam authoritatem accipit ab Eccleſia , quæ illum præterea deligit , & deligendo , eidem velut primati , non tanquam abſoluto monarchæ Eccleſiam regendam permittit : quemadmodum Monachi Abbatem canonicè eligendo , totum cœnobium eidem ſubmittunt. Cæterùm quamquam Eccleſia Papam cooptare teneatur , attamen hoc ad ſeruitutem nihilo magis Eccleſiæ poteſt imputari , quam humanæ voluntati , quod in finem tanquam in bonum ſibi connaturale & conueniens , quadam neceſſitate , ſponte tamen feratur aut quod præcepta diuina obſeruet : quoniam ſeruire Deo regnare eſt.

CAPVT XV.

In concilio generali congregato, Papa habetur caput quo ad verbi diuini prædicationem, administrationem sacramentorum, & executionem canonum: minime vero quo ad directionem, & potestatem coërcitiuam in totum concilium.

CÆTERVM, quando ex omnibus argumentis aduersariorum, tria præcipue aliquid videntur habere ponderis, illa enucleabimus: Primum est, Petrum pastorem vniuersalis Ecclesiæ constitutum à Christo, Ioannis 21. *Pasce oues meas*: hacque diuina voce, neque Apostolos, ne-

que consilium generale excludi: omnes enim sunt oues Christi, proptereaque à D. Petro Christi Vicario pasci debent. Respondetur, Christum illis verbis, non aliam dedisse Petro potestatem quam ministerialem, vt capite 4. 5. & 9. demonstrauimus: Officium vero ministri & dispensatoris esse mandare executioni præcepta legis diuinæ, naturalis, & canonicæ: sed iuxta regulas temperamenti aristocratici à Deo constituti: ac proinde, Petrum censeri pastorem, quo ad exequutionem canonum, verbi diuini prædicationem, & alia eiusmodi, quæ ab vno, quam ab Ecclesia congregata in consilium, melius perfici possunt.

Christo Domino ac fundatori Ecclesiæ conuenit : quod est sophisticum, à dicto simpliciter ad dictum secundum quid. Annon obsecro longe diuersa est Domini atque œconomi, ideſt Christi & Petri causa? nam Ecclesia per & propter Christum; Petrus autem per & propter Ecclesiam, sicut oculus per & propter hominem, subsistit.

Solutio secundi principij, ab iis peti debet, quæ capite 7. obseruauimus.

Tertium, quartum, & quintum, non sunt vnius assis: siquidem, fallunt à dicto simpliciter ad dictum secundum quid: quasi Petrus eandem habeat potestatem in Ecclesiam cum Christo. Proculdubio, si verum amamus, omni-

bus hominibus eſt indictum à natura, vt liberi beati eſſe velint: quis autem naturaliter beatus eſſe poteſt abſque libertate? At ſi infaillibilitas decernendi in vno & ſolo habitat Pontifice, nullus in Eccleſiæ conuentibus libertatem ferende ſententiæ obtinet, contra quam Domino placuit, Matthæi 18. qua de re, videndum caput 6. Certe, ſi hæc ſententia inualeſcat, ſequitur Chriſtum extrema quæque paſſum, vt Eccleſiam ſponſam, ideſt vniuerſos Chriſtianos, deſpotico Romani Pontificis imperio ſubderet: quod iuri diuino & naturali funditus repugnat.

Andræam Vallium exercent : primum diſputat qui fieri poſſit *vt S. Petrus per & propter Eccleſiam eſſe dicatur, ſicut oculus per & propter hominem :* cum Chriſtus non autem Eccleſia, Petrum cooptarit, eique facultatem paſcendi oues ſuas dederit. At primum reſpondeo, hanc obiectionem facilè ex principiis cap. 1. & 11. libri de Eccleſiaſtica & politica explicatis dilui : *videlicet claues architectonice, per dominium & proprietatem toti Eccleſiæ datas, vt à ſingularibus prælatis, quo ad miniſterium, & exequutionem exercerentur.* Secundo, ſicut duplex eſt via producendi hominem, nimirum extraordinaria per creationem, & ordinaria per generationem : ita duplicem eſſe viam propagandæ authoritatis Eccleſiaſticæ contendit Caietanus lib. de authoritate Papæ & Concilij cap. 3. videlicet extraordinariam, quæ immediate à Deo per primam Eccleſiæ fundationem proceſſit : & ordinariam quæ quotidie miniſterio Eccleſiæ peragitur; ſi quidem vt iam dixi,

Ecclesia claues architectonice & per dominium possidet : itaque sicut Philosophi & Medicini cum de hominis productione differunt, potius argumenta sua ab generatione quam à creatione hominis promunt : similiter etiam Theologi, quoties de via propagandæ potestatis Ecclesiasticæ verba conserunt, suas ducere debent probationes ab ordinaria non extraordinaria collatione potestatis Ecclesiasticæ, sicut ego feci toto hoc libello. Etsi enim Christus fundando Ecclesiam B. Petrum instituerit Primatem, tamen cum claues toti Ecclesiæ architectonice contulerit, necessario insurgit Petrum more aliorum hominum sacerdotio Christi & communioni sanctorum, esse subiectum; ac potestatem Petro collatam, totam esse in ordine ad regimẽ aristocraticum. Certe ne Christus contra naturæ legem & viam ordinariam Petrum primatem creasse viderentur, eumdem *ab aliis Apostolis in Principem recipi voluit, can. in nouo distinct. 21. can. sacrosancta*

ſacroſancta diſtinct. 22 §. *inter beatos, & can. dudum* §. *quoniam* 3. *quæſt.* 6. Quibus accurate ponderatis comprobatum relinquitur. *S. Petrum etiam per & propter Eccleſiam exiſtere.*

II. Secundo ambigitur, quam ob rem ego dixerim *neminem naturaliter beatum eſſe abſque libertate: atque omnes Epiſcopos beatos non eſſe, dato quod infaillibilitas decernendi in vno & ſolo habitet Pontifice: propterea quod in Eccleſiæ conuentibus, nullus illorum libertatem ferendæ ſententiæ obtineat, contra quam Domino Placuit Matthæi* 18. At reſpondeo, me hoc dixiſſe propter ſtatus & dignitatis Epiſcopalis, atque ariſtocratici regiminis Eccleſiæ naturam: cum enim omnes Epiſcopi in ſolidum participes ſacerdotij Chriſti cum Papa exiſtant, ac indiuiduè & ex æquo ſint ſucceſſores Apoſtolorum, atque excepto primatu, Papa nihil habeat iure diuino, quo Epiſcopis antecellat: ſequitur neceſſario Epiſcopos eſſe ordinarios iudices omnium controuerſiarum Eccleſiæ: & in ſynodis, Papam illo-

rum ſuffragia ponderare & ſubdu-
cere, ſicque comunionem ſancto-
rum ſuauiter, non abſoluto imperio
teneri defigere: contra quam Bellar-
mino placet, lib. primo cap. decimo
octauo de Conciliorum authoritate
ſub finem, vbi contendit, *Papam*
velut ſummum Eccleſiæ principem &
monarcham, omnium Epiſcoporum, ſen-
tentiam & iudicium poſſe retractare:
quod vt gratis ab eo dicitur, ſic ab-
ſolute negatur: toto enim cælo Pri-
matus & abſoluta monarchia di-
ſtant. Verum ſicut in facultate Theo-
logica Pariſienſi, verbi cauſſa, om-
nes Doctores, iuxta ſtatum ſui do-
ctoratus, liberi & beati non eſſent
niſi libera ſententiæ dictione frue-
rentur, eorum que ſententiæ in con-
uentibus facultatis ponderarentur,
atque ſubducerentur: pariter etiam
Epiſcopi, conformiter ad ſtatum
Epiſcopalem, beati & liberi non eſ-
ſent, ſi vt Bellarminus perſuadere
vult, Romanus Pontifex deſpotice
omnium Epiſcoporum ſententiam
ſynodice latam, antiquare poſſet:

Digitized by Goog

quandoquidem Papa non eſt Dominus Eccleſiæ, vt Rex Ftanciæ regni ſui.

III. Tertio, velut male ſonans reprehenditur, quod ego perhibeo, *ſi infaillibilis monarchia inualeſcat, ſequi Chriſtum extrema quæque paſſum, vt Eccleſiam ſponſam deſpotico Romani Pontificis Imperio ſubderet*: At excipio, me hæc nominatim aduerſus Caietanum ſcripſiſſe, qui obtendit Eccleſiam ſponſam Chriſti, & omnium fidelium, atque ipſiuſmet Papæ matrem ac dominam, *eſſe ſeruam natam reſpectu Pontificis Romani*: genuina ſunt illius verba, tractatu *de comparata authoritate Papæ Cap. primo.* Quod autem infert, *ſignum infaillibilis ſeruitutis Eccleſiæ eſſe quo ad ius Principatus, quod Eccleſia non poſſit ſibi ipſi regimen retinere, nec duobus aut tribus committere*: plane ſophiſticum eſt: nam homo obnoxius imaginatur, Papam diuinitus conſtitutum eſſe abſolutum Eccleſiæ monarcham: ſed iam multoties dixi, atque iterum inculco, aliud eſſe de prima-

tu, aliud de abſoluta Papæ monarchia diſſerere: & quamquam primatus quoad inſtitutionem & eſſentiam, iuris ſit diuini immutabilis, nihilominus ſubiectiuè, quoad exiſtentiam, vſum, exequutionem, & limitationem, omnino ab Eccleſiæ ſtatutis, definitione, & ariſtocratico regimine pendere, vt ex can. ſexto Concilij Nicæni claret, in quo totus orbis Chriſtianus in certas diœceſes, quos Patriarchatus nominant, diſtribuitur: Inſuper quoque quarta & quinta ſeſſione Conſtantienſi cõprobatur, quibus Pontifex canonibus conciliorum generalium in certis caſibus ſubijcitur: Verum quando & primatus & ariſtocraticum regimen ſunt diuinæ inſtitutionis, equidem certiſſimum eſt, neque Eccleſiam primatum; neque viciſſim primatum poſſe ariſtocraticum regimen abrogare. At ſi ſeruituti deputandum foret, vt cauillatur Caietanus, quod Eccleſia primatum antiquare nequeat: à pari & fortiori inferre liceret, Papam eſſe ſeruum

natum Eccleſiæ : hic enim Caietanum ſuis ampullatis verbis munerari lubet : cauſa eſt , quia Pontifex ſacerdotium Chriſti , & vna cum ſacerdotio , iuſtam authoritatem accipit ab Eccleſia , quæ illum præterea deligit , & deligendo , eidem velut primati , non tanquam abſoluto monarchæ Eccleſiam regendam permittit : quemadmodum Monachi Abbatem canonicè eligendo , totum cœnobium eidem ſubmittunt. Cæterùm quamquam Eccleſia Papam cooptare teneatur , attamen hoc ad ſeruitutem nihilo magis Eccleſiæ poteſt imputari , quam humanæ voluntati , quod in finem tanquam in bonum ſibi connaturale & conueniens , quadam neceſſitate , ſponte tamen feratur aut quod præcepta diuina obſeruet : quoniam ſeruire Deo regnare eſt.

que consilium generale excludi: omnes enim sunt oues Christi, propterea que à D. Petro Christi Vicario pasci debent. Respondetur, Christum illis verbis, non aliam dedisse Petro potestatem quam ministerialem, vt capite 4. 5. & 9. demonstrauimus: Officium vero ministri & dispensatoris esse mandare executioni præcepta legis diuinæ, naturalis, & canonicæ: sed iuxta regulas temperamenti aristocratici à Deo constituti: ac proinde, Petrum censeri pastorem, quo ad exequutionem canonum, verbi diuini prædicationem, & alia eiusmodi, quæ ab vno, quam ab Ecclesia congregata in consilium, melius perfici possunt.

Secudum argumentum eſt, Eccleſiam congregatam in concilium, vnicam familiam, vnicum ouile, vnicum regnum, & corpus viſibile Chriſti conſtituere: ac propterea vnicum etiam neceſſario habere caput viſibile Romanum Pontificem: ac monſtrum immane videretur, ſi vnum atque idem corpus duo ſuprema haberet capita, nempe Papam & conciliũ generale. Reſpondemus, Eccleſiam eſſe politiam monarchicam regimine ariſtocratico temperatam: inde autem ſequi neceſſario, conſilium, quo ad directionem regiminis, coërcitionem, & poteſtatem ſanciendorum canonum, ſupremam habere auctoritatem: Petrum vero, quo ad exe-

quutionem,

quutionem, atque exercitium, aut vſum clauium erga Eccleſias particulares : vide caput 4. 5. 6. & 9.

DEMONSTRATIO CAPITIS XV.

MAGISTER Andræas Vallius nihil habuit quod hinc capiti iraſceretur, idcirco pluribus de illo agere ſuperſedebo : quoniam ex principiis cap. primo & ſecundo euolutis, ſatis ſufficienterque probatum euadit, *Dominium & proprietatem clauium collatam à Chriſto toti Eccleſiæ collectim ſumptæ : miniſterium verò, atque exequutionem, prælatis diſtributim, & ſeorſim captis.*

CAPVT XVI.

Explicatio huius canonis, nemo iudicabit primam ſedem.

TERTIO contendunt: cap. 20. concilij Romani, à ducentis octaginta Epiſcopis ſub Siluestro Papa conſtitutum fuiſſe, vt *Nemo primam ſedem, iuſtitiam temperare deſiderantem iudicaret: neque ab Auguſto, neque ab omni clero, neque à regibus, neque à populo iudex iudicabitur*: Quam ſententiam Gratianus refert 9. *quæſt. can. Nemo.* Sed vt dicam quod ſentio: qui ad hunc canonem attenderit, prima facie videbit, multo plus nocere quam fauere aduerſarijs: ratio eſt,

quia ſententia ſcholæ Pariſienſis, quæ decretis ſynodi Conſtantienſis nititur, docet Papam eo tantum in caſu iudicari poſſe à concilio, quo Eccleſiam notorie ſcandalizat, eſtque incorrigibilis: verum ſi iuſtitiam temperare deſideret, à nemine quidem iudicandus eſt: cum iuſto lex non ſit poſita: ipſe enim ſibi perpetua lex eſt. Secundo, quanquam hic canon abſolute ſtatueret, attamen nihil derogaret fidei decretorum concilij Conſtantienſis: quoniam factus eſt in ſynodo particulari, quæ de paſtore vniuerſalis Eccleſiæ iudicare non debet, niſi forte ſe illius iudicio ſubmittat, vt olim Sixtus III. Papa, 2. *quæſt. 4. can. mandaſtis.* Quare, hæc verba, *ne-*

que ab omni clero, distributiue de aliqua Ecclesia, aut clero particulari, non collectiue de generali concilio, cuiusmodi est Constantiense, aut Basileense, intelligenda sunt. Tertio, qui versatus fuerit in lectione conciliorum, quamprimum animaduertet, multa in hoc canone inconcinna esse, quæ eum manifestæ irreptionis suspectum reddunt: etenim, illis temporibus Patres Ecclesiæ non tam elate loquebantur, neque persecutiones eos de absoluta potestate cogitare patiebantur: deinde, quid opus erat mentionem facere Regum, cum nulli tum tempori Reges, sed tantum Romani Imperatores existerent? Tu lector, adi Cardinalem Cûsanum, lib. 2.

cap. 20. de Concordantia catholica.

De reliquis auctoritatibus quæ ex ſcriptis Romanorum Pontificum proferuntur, & 9. *quæſtion.* 3. leguntur, non eſt magnopere laborandum, quia Ioannes Gerſo, atque alij doctores Pariſienſes, vno verbo reſpondent, nemini in ſua cauſa credendum, niſi conformiter ad legem diuinam, naturalem, & canonicam loquatur: iuri autem diuino & naturali repugnat, caput miniſteriale imperium habere abſolutum in Eccleſiam.

Digitized by Google

DEMONSTRATIO CAPITIS XVI.

IN hoc capite Vallius eam ſolum ob cauſam me culpat, quod, vt fingit, priuatam Gerſonij, Almaini, & quorumdam aliorum ſingularium Doctorum ſcholæ Pariſienſis opinionem, toti facultati adſcripſerim: nimirum *Papam quando notorie & incorrigibiliter Eccleſiam ſcandalizat, poſſe ab Eccleſia concilio generali iudicari & abdicari, &c.* Verum ipſemet multo magis culpandus, quod tam turpiter in luce meridiana caliget, & decreta ſui ordinis ignoret: ſaltem eum ſuæ illucinationis ne quid grauius dicam, Cenſura Sorbonæ aduerſus Ioannem Sarrazin commonefacere debebat, ſeptima propoſitione: *aliqua poteſtas, ſcilicet poteſtas Eccleſiæ: de iure poteſt aliquid in certis caſibus contra ſummum Pontificem:* quæ propoſitio opinionem Ioannis Sarrazin, *qui contendebat Papam à*

Digitized by Google

nemine iudicari posse, debellat, atque decreto quartæ & quintæ cessionis concilij Constantiensis plane congruit.

CAPVT XVII.

Causa finalis Ecclesiæ, quæ est vita æterna per bonum regimen, demonstrat Petrum esse per & propter Ecclesiam, sicut oculus per & propter hominem.

EQVIDEM, finalis causa Ecclesiæ, quæ est *vita æterna per bonum regimen*, aperte demonstrat, Papam per & propter Ecclesiam, non contra Ecclesiam per aut propter Papam existere, propterea-que in ratione ecclesiastici regiminis, Cepham, ideſt Petrum, Ecclesiæ subijci, tan-

quam oculum homini, primæ Corinthior. 3. *Nemo itaque glorietur in hominibus, omnia enim vestra sunt*, id est Ecclesiæ, *siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, &c.* Item 2. Corinthior. 13. *Omnis potestas data est in ædificationem; non in destructionem.* Ex quo relinquitur, Ecclesiam iure diuino & naturali, prouidere atque impedire posse, ne Papa in sui destructionem gubernet, quemadmodum Constantiensi concilio sessione 4. & 5. definitum fuit.

DEMONSTRATIO CAPITIS XVII.

PROBATIO huius capitis peti debet à cap. 14. in quo ostensum est, qua notione *S. Petrus* PER ET PROPTER *Ecclesiam, sicut oculus per & propter hominem existat.*

Digitized by Google

CAPVT XVIII.

Quid ſit Eccleſiam habere poteſtatem indirectam in temporalia: & ſolutio argumentorum contrariorum.

DEMVM, quod Eccleſiam indirecta pollere auctoritate in temporalia prædicant, verum eſt per modum doctrinæ, ſuaſionis, directionis, & excluſionis à communione eccleſiaſtica: falſum autem per coactionem, aut Regum atque Principum depoſitionem, VT 11. & 12. capite diſputauimus. Quandoquidem, Eccleſia neque territorium, neque vſum habet gladij materialis. Qui ergo Reges aut Principes Chri-

ſtianos iure ab Eccleſia abdicari contendunt, faciunt certe, ac ſi quis vrgeret, Pædagogum, quoniam diſciplinæ ſcholaſticæ moderatur, diſcipulos ſuos, ſi forte aduerſus diſciplinam obdureſcant, bonis paternis exhæredare poſſe: quod illudit à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter, nam quæ vnico, & peculiari ſenſu vera ſunt, ad abſolutum & vniuerſalem ſenſum nequaquam torqueri debent, niſi forte à ſophiſtis & circulatoribus. Quod ſi vrgeant Eccleſiam eſſe ſibi ſufficientem & architectonicen: dices: hoc metiendum eſſe ex finibus, & terminis, vnicuique rei præſcriptis à natura: cauſas vero eſſentiales Eccleſiæ non pati, vt eccleſiaſtici ſe

ſæuis aut ſecularibus negotiis immiſceant : Quamobrem, omnis ſufficientia politiæ eccleſiaſticæ, ab obſeruatione mandatorum Dei, non à iure gladij, aut monarchia temporali, petenda eſt, Matthæi 28. *Euntes ergo, docete omnes gentes ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis: & ecce Ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſeculi.*

Argumenta quæ huic ſententiæ patrocinantur, ad tria capita reuocabimus, quorum primum exempla complectetur, quæ Sanderus, Belarminus, Cocqueus atque alij, ex veteri teſtamento, ſed ab ignoratione elenchi promunt. Quotuſquiſque neſcit, longe diuerſam eſſe rationem Synagogæ & Eccleſiæ, legis

Mosaïcæ atque Euangelij? illa enim territorium, & consequenter ius meri imperij habuit à Deo: quod nemo sanus de Ecclesia affirmauerit. Insuper accedit, legem Euangelicam ad Mosaïcam, imo uero ad quamcumque aliam politiam comparatam, legem esse vere regiam, mansuetudinis, & perfectissimæ libertatis: contra Mosaïcam esse durissimæ seruitutis Actorum 15. versu. 10. & Galat. 4.

Alterum caput, auctoritates desumptas ex iure canonico nobis exhibet, quas D. Cardinalis Belarminus laudat: præsertim caput 3. synodi Lateranensis: quo statuitur, Reges atque Principes, qui hæreticos ex suis dominiis minime exterminarint,

Digitized by Google

esse abdicandos. Sed respondetur, isthæc & similia, nihilo plus habere iuris in Principes politicos, quam extrauagantem Bonifacij VIII. *Vnam sanctam*, vel constitutionem Pauli IV. *Cum ex Apostolatus officio*, quæ in directio inquisitorum legitur: siquidem, decreta hæc, priuatim & proprio motu à Romanis Pontificibus, non synodice, id est totius Ecclesiæ consensu, sancita fuerunt: itaque non obligant, quoniam Ecclesia canone, non absoluta potestate regitur, capite 5. & 8.

Tertio, absolute negatur Childerici Francorum regis abdicationem, aut imperij translationem ad Francos, sola Romanorum Pontificum auctoritate, absque populi

consensu, auctoritate, aut postulatione factam: & quamquam facta fuisset, id parui esset momenti ad definitionem præsentis controuersiæ, cum facti quam iuris quæstionem potius referet: sicut etiam exempla abdicationis Henrici IV. Friderici II. atque aliorum Regum vel Imperatorum. De iure igitur, non de facto, disputent aduersarij: moribus enim & canonibus, non exemplis, Christianam rempublicam gubernari voluit Dominus noster Iesus Christus.

Solutio reliquorum argumentorũ, siue à sacra scriptura, siue aliunde doctorum, peti debet à doctissimo tractatu Magistri Ioannis Parisiensis, de potestate Regia & Papali.

Digitized by Google

Hæc Eccleſiæ Catholicæ iudicio ſubiecta ſunto.

DEMONSTRATIO CAPITIS XVIII.

Concluſio huius demonſtrationis, partim in decreta facultatis Pariſienſis, partim, in D. Cardinalis Perronij ſententiam.

QVANDO hoc caput immune ac liberum à vallij Elenchis decurrit, in eo explicando aut defendendo ampliorem operam minimè collocabimus : ſed Concluſionem huius demonſtrationis faciemus, partim ſecundum decreta facultatis Pariſienſis, partim iuxta ſententiam illuſtriſſimi Cardinalis Perronij, opere poſthumo aduerſus Regem magnæ Britanniæ ſtatim initio libri quarti, vbi ad præfationem Caſauboni, folio octingenteſimo quinquageſimo octauo editonis Anthonij Stephani ita Gallicè reſpondet.

Digitized by Google

Le different de l'authorité du Pape, ſoit pour le regard ſpirituel au reſpect des Conciles œcumeniques ; ſoit pour le regard temporel à l'endroit des Iuriſdictions ſeculieres, quand elles combattent le ſalut des ames, n'eſt point vn different de choſes qui ſoient tenuës pour articles de foy : & ſous peine d'anatheme par l'vne ny par l'autre partie des Catholiques, entre leſquels il s'agit : ny qui ſoit inſerée, & exigée en la Confeſſion de foy, que l'on requiert de ceux qui reuiennent à l'Egliſe, ny dont l'vne ou l'autre partie puiſſe tenir pour heretique, celle qui embraſſe l'opinion contraire, & ſe ſepare de ſa communion : Au moyen dequoy il ne peut ſeruir d'obſtacle en la réunion de l'Egliſe, &c.

Quæ quidem ſic latinè ſonant.

Controuerſia de authoritate ſpi-

rituali

rituali Papæ, tum respectu conciliorum œcumenicorum, tum ratione authoritatis temporalis erga Iurisdictiones seculares, quando aduersus saltem animarum pugnant; non est eiusmodi rerum, quæ teneantur pro fidei articulis, & sub pœna anathematis, ab alterutra parte Catholicorum, inter quos hæc controuersia agitatur: neque etiam in confessione fidei illorum, qui ad catholicam Ecclesiam redeunt id inseritur, aut ab eisdem exigitur: Itaut alterutra pars alterutram partem, quæ contrariam opinionem amplectitur, pro hæretica habeat, & sese ab eiusdem communione separet. Quocirca in studio vnionis faciendæ in Ecclesia, hæc obstaculo esse non possunt.

Item quantum ad potestatem Papæ in rebus temporalibus, idem Cardinalis Perronius eadem docet,

pagina ſexcenteſima trigeſima tertia eiuſdem libri.

Hæc autem cum ita habeant, & certiſſimum ſit, quæcumque in libello Richerij de Eccleſiaſtica & politica poteſtate continentur, partim ad authoritatem Conciliorum generalium ſuprà Papam: partim ad ſupremam atque independentem Regum & poteſtatum ſeculi maieſtatem, ſpectare: profecto mirabile eſt, dominum Cardinalem Perronium *contra propriam ſententiam, & conſcientiam*, tot ac tantas aduerſus Richerium exitaſſe tragœdias: atque M. Andræam Vallium haud aliter de ſodali ſuo *quam de hæretico, ſchiſmatico, perduelli, atque monarchomacho, interperanter ſcripſiſſe*: ſaltem *indicta cauſa Richerium damnari non oportuerat*, cum palam & publicè ſe auctorem eſſe libelli de Eccleſiaſtica & politica poteſtate prædicaret.

Verùm ad ſcholæ nobiliſſimæ decreta, quibus permultæ propoſitiones, libelli de Eccleſiaſtica & politica poteſtate clariſſimè compro-

bantur, tranſeo: quæ decreta hauſi ex tabulario facultatis, in antiquo Codice pergameneo, ducentis atque vigenti tribus foliis conſtante: In primis autem folio ſeptuageſimo octauo verſo, & 79. recto Codicis memorati, cenſura *aduerſus magiſtrum Ioannem de Corello* in hæc verba concipitur.

IN NOMINE DOMINI, Amen. Vniuerſis præſens publicum inſtrumentum inſpecturis, pateat euidenter: Ex anno eiuſdem Domini milleſimo quadrageteſimo octauo more Gallicano, indictione ſecunda, menſis Ianuarij die ſecunda, ab electione Petri de Luna vltimo in Papam electi, qui dudùm Benedictus tertius decimus nuncupatur, anno decimo quin-

to, in Congregatione venerabilium, & circumſpectorum virorum, dominorum & magiſtrorum ſacræ facultatis Theologiæ ſtudij Pariſienſis, in aula Collegij Theologorum de Nauarra multùm ſolemniter congregatorum, & more ſolito dictæ facultatis Theologicæ cõgregationem & ibidem celebrantium, de mandato Reuerendi Patris domini Cancellarij Pariſienſis, tàm Regentium quàm non Regentium, & Religioſorum, ac ſecularium ad infraſcripta ibidem vocatorum; ſpecialiter propter hoc perſonaliter conſtitutus præfatus dominus Concellarius Pariſienſis, dicens & proponens quod frater Ioannes de Gorrello ordinis fratrum Mi-

norum licentiatus in Theologia, poſt Veſperias ſuas fuerat delatus apud ipſum, & conſequenter, apud dictam facultatem Theologiæ; tanquam dixiſſet ea quæ ſequuntur, ſicut etiam ſcripta ſua exhibita de propria manu ſonare videbantur, formam quæ ſequitur continentia.

PRIMO, quod Sacramentum pœnitentiæ nihil agit in habente gratiam virtute Sacramenti: fundatur, quia Sacramentum pœnitentiæ non reſpicit principaliter niſi expulſionem culpæ.

SECVNDO, quod debitè confeſſus non poſſit obligari vt iterum confiteatur eadem peccata, & hoc ex radice præcedentis dicti.

TERTIO, Curatis non

competit (vt tales ſunt) prædicare, confeſſare extremam-vnctionem dare ſepulturas dare, decimos recipere: fundatur in hoc, quod Curati non ſint de inſtitutione Chriſti & Eccleſiæ primaria, ſed per Dionyſium Papam fuerunt ordinati. Item quia ſtat Curatos eſſe qui non erunt ſacerdotes. Item quia locus parrochialis non eſt ille quem elegit Dominus, & cæteri ſecundum figuram antiquæ legis, alioquin deberet illic comedi, & cætera.

QVARTO, fratribus competit principaliùs vel eſſentialiùs prædicare, & confeſſiones audire quàm Curatis: fundatur, quia fratribus competit ex regula, & hoc eſt principaliùs, vel eſſentialiùs

quam ex ſtatuto Dioniſij. Item quia ſtat quod non ſint ſacerdotes. Item quia hæc auctoritas, *agnoſce vultum pecoris tui*, non intelligitur de Confeſſione.

QVINTO, Curatis habentibus ſufficienter aliundè, non licet recipere decimas ad vſum proprium, immò ſacrilegium committerent.

Quæ propoſitiones ſeu dicta pluries per deputatos eiuſdem facultatis diligenter examinata, iudicabantur eſſe reparanda, præſertim cum dominus Rector & multi de vniuerſitate talem reparationem requiſiſſent in præſentia dictæ facultatis.

TANDEM præfatus Dominus Cancellarius ex matura, diligenti, ac concordi de-

liberatione magiſtrorum dictæ facultatis, tàm Regentium quàm non Regentium, & tam Secularium quam Religioſorum præhabita, CONCLVSIT quod prædictus frater Ioannes de Gorello ordinis fratrum Minorum, qui tunc & aliàs auditus fuit ad longum & cuius intentio ſcita fuerat, qui etiam ſubmiſerat ſe dictæ facultati Theologiæ, diceret in die Aulæ ſuæ ante receptionem bireti, ſub hac forma. Ex Veſperiis meis, quidam fuerunt ſcandalizati, ſicut mihi ſignificatum eſt per matrem meam facultatem Theologiæ, tanquam intelle-xerint quod voluerim inter alia detrahere ſtatui dominorum Curatorum, & quorumdam aliorum Eccleſiaſtico-

rum, propterea volens, quantum in me est, tollere omne scandalum, & esse filius obedientiæ, & pacis, & assertor veritatis, DICO nunc ex ordinatione eiusdem matris meæ, & vltronea voluntate, veritates quæ sequuntur.

PRIMA, domini Curati sunt in Ecclesia minores Prælati, ET HIERARCHÆ, ex primaria institutione Christi, quibus competit ex statu ius prædicandi, ius confessiones audiendi, ius Sacramenta Ecclesiastica secundum exigentiam sui status, porrochianorum ministrandi, ius sepulturas dandi, ius insuper decimas, & alia iura parrochialia recipiendi.

ITEM, quod ius prædicandi & confessandi competunt

Prælatis & Curatis principaliter, & essentialiter; & Mendicandibus de per accidens, ex priuilegio, quoniam sunt introducti, vel admissi ex commissione & beneplacito dominorum Prælatorum.

TERTIA, Item quod eadem peccata possunt licitè & meritoriè pluries confiteri in multis casibus, & quod virtute sancti Sacramenti poterit eis prodesse quælibet talis reiterata confessio.

QVARTA, quod ista auctoritas, *agnosce vultum pecoris tui*, bene & aptè intelligitur de cognitione in foro pœnitentiæ.

QVINTA, quod locus parrochialis est congruus & ordinarius vt sacramenta Ecclesiastica recipiantur in eo.

Digitized by Google

SEXTA, dum posui quod Curatis habentibus sufficienter vnde viuerent aliundè quam de decimis, non licet recipere decimas ad vsum proprium, imò sacrilegium committerent; nolui per hoc dare occasionem Laicis vel aliis quominus decimas soluerent: sed volui condamnari abusus, & non iuri dominorum Curatorum detrahere super receptione & vsu licito decimarum: sicut arbitror sanctos Doctores quos allegaui, intelligere voluisse. DENIQVE si aliqua protulerim vel scripserim quæ videantur prædictis contraria, vel quæ aliter accepta sint nolo in eis stare, sed volo & supplico haberi pro non dictis vel scriptis, & alia quæcun-

que quæ viderentur præbere occaſionem ſcandali vel erroris. De & ſuper qua Concluſione, per dictum Dominum Cancellarium facta, & per dictum fratrem Ioannem de Gorello licentiatum acceptata, idem dominus Cancellarius petiit à me Notario publico ſubſcripto ſibi fieri & confici publicum inſtrumentum, vnum aut plura: præſentibus ad hæc venerabilibus & circumſpectis viris dominis & magiſtris Petro Vbart, Gauffrido Latache, Guillelmo de Beuilla, Ioanne d'Acheri, Ioanne Mathee, Matheo Roedes, Iordano Morin, & Ioanne de Vameſnillo, nec non venarabilibus & religioſis viris dominis & magiſtris Armelfo de Fonte ordinis

Fratrum minorum, Richardo Generali eiuſdem ordinis Fratrum Minorum, ac Guillelmo de Sanctis ordinis fratrum Hæremitarum ſancti Auguſtini, & Iacobo de Liffodio eiuſdem ordinis, omnibus ſacræ Theologiæ profeſſoribus teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego Ioannes Mancyon Pariſienſis publicus, auctoritate Apoſtolica, Notarius, principaliſque bidellus facultatis Theologiæ ſtudij Pariſienſis: Quia præmiſſæ concluſioni, ſic per reuerendum patrem dominum Cancellarium Pariſienſem factæ, ac omnibus aliis & ſingulis, dum vt ſuprà ſcribuntur, agerentur & fierent, vnà cum prænominatis teſtibus præſens in-

terfui, eaque ſic fieri, vidi & audiui. IDCIRCO huic præſenti publico inſtrumento manu mea ſcripto, ſignum meum ſolitum appoſui in teſtimonium veritatis præmiſſorum requiſitus.

HVIVS autem Cenſuræ facultatis, Gerſonius lib. de poteſtate Eccleſiaſtica conſideratione XII. ſub finem meminit, vbi docet *Curatos eſſe hierarchas, atque vocem definitiuam in concilijs Eccleſiæ cum Epiſcopis habere:* eam verò ſigillatim explicat in Sermone vbi agit de bulla mendicantium.

Porro in eodem Codice pergameni folio nonageſimo quinto, recto & verſo, hæc alia Cenſura *aduerſus magiſtrum Ioannem Sarrazin* extat, quam anno 1611. cum libello de Eccleſiaſtica & Politica poteſtate vna cum articulis Pariſienſibus contra Lutherum edi curauit Richerius.

Digitized by Google

IN NOMINE DOMINI, Amen. Per hoc præsens publicum instrumentum, cunctis pateat euidenter & sit notum, quod anno eiusdem Domino millesimo CCCC^mo XXIX° more Gallicano, indictione octaua, mensis Martij dei trigesima & penultima, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & Domini nostri, Domini Martini diuina prouidentia Papæ V. anno XIII°. In congregatione venerabilium & circumspectorum virorum dominorum & Magistrorum sacræ Theologiæ Facultatis studij Parisiensis, in sancto Mathurino multum solenniter congregatorum, & more solito dictæ facultatis Theologiæ congregationem

ibidem celebrantium : de mandato venerabilis & circumspecti viri Magistri Petri de Dierreyo dictæ Facultatis Decani, tam regentium quam non regentium, & religiosorum, ac secularium, ad infra scripta ibidem vocatorum, specialiter propter hoc personaliter constitutus præfatus Dominus decanus dicens & proponens, quod frater Ioannes Sarrazin ordinis fratrum prædicatorum licentiatus in Theologia, post vesperias suas, fuerat delatus apud ipsum, consequenter apud dictam Facultatem, tanquam dixisset eaque sequuntur, sicut etiam scripta exhibita de propria manu, sonare videbantur, formam que sequitur continentia.

Digitized by Google

Primo, omnes poteſtates iuriſdictionis Eccleſiæ, aliæ à Papali poteſtate, ſunt ab ipſo Papa quantum ad iſtitutionem, & collationem.

Secundo, huiuſmodi poteſtates non ſunt de iure diuino, nec immediate inſtitutæ à Deo.

Tertio, non inuenitur Chriſtum tales poteſtates, ſcilicet alias à Papali, expreſſiſſe, ſed tantum ſupremam, cui commiſit Eccleſiæ fundationem.

Quarto, quandocunque in aliquo concilio aliqua inſtituuntur, tota auctoritas dans vigorem ſtatutis, in ſolo ſummo reſidet Pontificio.

Quinto, ex textu Euangelij non habetur expreſſe alicui Apoſtolorum, niſi Petro, auctoritatem iuriſdi-

ctionis fuisse collatam.

Sexto, dicere inferiorum Prælatorum potestatem iurisdictonis, siue sint Episcopi, siue Curati, esse immediate à Deo, sicut potestatem Papæ, veritati quodammodo repugnat.

Hoc argumentũ, verum est de Christo Domino qui est caput essentiale Ecclesiæ: nequaquam vero de Petro, qui est caput ministriale: Itaque, fallit à dicto simpliciter, ad dictum secundum quid.

Septimo, sicut nullus flos, & nulla pullulatio, nec etiam omnes flores, & pullullationes simul possunt aliquid in arborem quia hæc omnia sunt propter arborem instituta, & ab arbore deriuata sic, omnes aliæ potestates, nihil de iure possunt contra summum sacerdotium. Infra dicitur, quod spiritualis potestas est summus Pontifex, vt recitatur Hugonem de sancto Victore dixisse secundo de Sacramentis: ex quo potest vi-

deri, quod hîc per ſummum Pontificium, ſummus Pontifex intelligatur.

Octauo, ſummus Pontifex canonicam Simoniam à iure poſitiuo prohibitam, non poteſt committere.

Quæ propoſitiones ſeu dicta, pluries per deputatos eiuſdem Facultatis diligenter examinata, iudicabamus eſſe reparanda: præſertim cum dominus Rector, & multi de Vniuerſitate, talem reparationem requiſijſſent in præſentia dictæ Facultatis. Tandem præfatus dominus Decanus, ex matura & diligenti ac concordi deliberatione Magiſtrorum dictæ Facultatis, tam regentium quam non regentium, & tam ſecularium quam religioſorum, præhabi-

ta: Conclvsit, quod prædictus frater Ioannes Sarrazin, ordinis fratrum prædicatorum, qui tunc & alias auditus fuit ad longum, & cuius intentio ſcita fuit, & qui etiam ſe ſubmiſerat dictæ facultati Theologiæ, diceret in dicta congregatione, & deinde in Aula fratris Girardi de Salinis ordinis fratrum Minorum, poſt primam quæſtionem expectatoriam, ſub hac forma.

Ex veſperis meis quidam fuerunt ſcandalizati, ſicut mihi ſignificatum eſt per matrem meam facultatem Theologiæ, tanquam intellexerint, quod voluerim inter alia, detrahere poteſtati & Eccleſiæ, & Prelatorum aliorum à ſummo Pontifice, tam maiorum

quam minorum, & quorumdam aliorum Eccleſiaſticorum: & ſpecialiter occaſione quarumdam propoſitionum per me in eiſdem veſperiis meis dictarum: Volens propterea, quantum in me eſt, tollere omne ſcandalum, & eſſe filius obedientiæ, & pacis, & aſſertos veritatis, dico nunc ex ordinatione eiuſdem matris meæ facultatis Theologiæ, cuius ordinationi, diſpoſitioni, & omnimodæ determinationi me ſubmiſit & ſubmitto, ac etiam vltronea voluntate veritates quæ ſequuntur.

Prima, omnes poteſtates iuriſdictionis Eccleſiæ, aliæ à Papali poteſtate, ſunt ab ipſo Chriſto, quantum ad inſtitutionem & collationem prima-

riam: à Papa autem & ab Ecclesia, quantum ad limitationem, & dispensationem ministerialem.

Secunda, huiusmodi potestates sunt de iure diuino, & immediate institutæ à Deo.

Tertia, inuenitur in sacra scriptura Christum Ecclesiam fundasse, & potestates alias à Papali expresse ordinasse.

Quarta Veritas, quandocumque in aliquo Concilio aliqua instituuntur, tota auctoritas dans vigorem statutis, residet non in solo summo Pontifice, sed principaliter in Spiritu sancto, & Ecclesia Catholica.

Quinta, ex textu Euangelij & doctrina Apostolorum habetur expresse, Apostolis & disciplinis à Christo missis,

auctoritatem iurisdictionis fuisse collatam.

Sexta, dicere inferiorum prælatorum potestatem iurisdictionis, siue sint Episcopi, siue sint Curati, esse immediate à Deo, Euangelicæ & Apostolicæ consonat veritati.

Septima, aliqua potestas, scilicet, potestas Ecclesiæ, de iure potest aliquid, & in certis casibus, contra summum Pontificem.

Octaua veritas, quicumque purus viator, habens vsum rationis, cuiuscumque dignitatis, auctoritatis, aut præeminentiæ, etiamsi Papalis, existat, Simoniam potest committere.

Denique, si aliqua protulerim vel scripserim, quæ vi-

deantur prædictis contraria, vel que aliter ſcripta ſint, nolo in eis ſtare, ſed volo & ſupplico haberi pro non dictis vel ſcriptis, & alia quæcumque, quæ viderentur præbere occaſionem ſcandali vel erroris.

Quiquidem frater Ioannes Sarrazin, modo & forma prædictis, omnia & ſingula fecit, dixit, & protulit. Primo, videlicet in dicta congregatione in Capitulo ſancti Mathurini Pariſius, vt præfertur, celebrata: præſentibus ibidem venerabilibus & circumſpectis viris, domino Decano prænominato, ac magiſtris Ioanne de Trecis, Guillelmo de Bomillon, Guillelmo de Sella, Emerico de Bruſſeriis, Rollando Barguenal, Guillelmo Boutitot, Ioanne de

Venonne, Remondode Alto-
ponte, Philippo Bauet, Dio-
nyſio de Sabreuois, Ioanne
le Gallois, Girardo Gerron,
Martyno Billery, Ioanne pul-
chri patris, Ioanne de Gondi-
uillier, Thoma Monachi, Ro-
gerio de Gaillon, Ioanne So-
queti, Guillelmo Adelie, Ioan-
ne Tripier, Ioanne Graue-
ſtain Gaufredo Cocleariſ,
Michaële Langlois, Georgio
de Valleſponſa, Roberto de
Porta, & Ioanne de Queſneyo,
Magiſtris in Theologia, tam
ſecularibus quam religioſis, ac
Ioanne Vacheau principali bi-
dello eiuſdem Facultatis. Item
eiſdē anno, indictione, menſe,
die, & Pontificatu prædictis,
dictus frater Ioannes Sarrazin
dictas propoſitiones legit & re-
parauit modo & forma ſupra-

dictis, in Aula reuerendi patris domini Episcopi Parisiensis, post primam quæstionem magisterij fratris Girardi de Salinis supradicti, præsentibus dicto reuerendo in Christo Patre Domino Episcopo Parisiensi, ac venerabilibus ac circumspectis viris Magistris Petro de Dierreyo decano eiusdem Facultatis, Guillelmo Eurardy Rectore Vniuersitatis Parisiens. Hugone Maioris vicesgerente Cancellarij Ecclesiæ Parisiens. Guillelmo de Sella, Ioanne pulchri patris, Rogerio de Gaillon, Ioanne Soqueti, Gaufredo Cocleariis Magistris in Theologia, Laurentio Callot, Petro de la Hasardiere, Guillelmo Hugueti, Guillelmo Candelli Magistris in arti-

bus, cum pluribus aliis tam Magiſtris, quã Doctoribus, ſcholaribus, Baccalariis, & ſecularibus ibidem exiſtentibus: de & ſupra quibus præmiſſis omnibus & ſingulis, dicti domini Decanus & Rector, & quilibet ipſorum, petierunt, & petiit à me notario publico ſibi fieri & confici publicũ inſtrumentum, vnum vel plura. Acta fuerunt hæc anno, indictione, menſe, die, Pontificatu, & locis prædictis, præſentibus prænominatis teſtibus, ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis. Et ego Laurentius Pontrelli preſbyter Curatus Parochialis Eccleſiæ de Annouilla, Rothomagenſis diœceſis, publicus Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus notarius, præmiſſis omnibus &

ſingulis, dum ſic, vt ſuperius ſcripta ſunt, fierent, & agerentur, vna cum prænominatis teſtibus præſens fui, eaque ſic fieri vidi, & audiui: Idcirco huic præſenti publico inſtrumento aliena manu fideliter ſcripto, me aliis occupato negotiis, ſignum meum publicum appoſui conſuetum, hic propria manu ſubſcribendo, requiſitus & rogatus in teſtimonium veritatis præmiſſorum.

Signatum, PONTRELLI.

Hoc decretum, confirmatur etiam ſex ſequentibus concluſionibus articulorum eiuſdem facultatis Pariſienſis contra Lutherum: quibus conſtat Chriſtum Dominum immediate contuliſſe infaillibilem auctoritatem decernendi, & excommunicandi, toti Eccleſiæ collectiuè ſumptæ, vt

Digitized by Google

per vnum exerceretur: ſummo vero totius iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, in facultate excommunicandi conſiſtit, vt omnes Theologi norunt.

Articulus XVIII.

Tenetur & quilibet Chriſtianus firmiter credere vnam eſſe in terris vniuerſalem Eccleſiam viſibilem, quæ in fide & moribus errare non poteſt: qui omnes fideles, in his quæ ſunt fidei & morum, obedire aſtringuuntur.

XIX. Quod ſi quid in ſcripturis ſacris controuerſiæ aut dubij oriatur, ad præfatam Eccleſiam definire & determinare ſpectat.

XX. Eſt & certum, multa eſſe credenda, quæ non ſunt expreſſe & ſpeciatim tradita in ſcripturis ſacris: quæ tamen per traditionem Eccle-

ſiæ ſunt neceſſario recipienda.

XXI. Eodem veritatis firmamento recipiendum, poteſtatem excommunicandi eſſe de iure diuino immediate à Chriſto Eccleſiæ conceſſam: & ob id magnopere timendas eſſe cenſuras Eccleſiaſticas.

XXII. Certum eſt Concilium generale legitime congregatum vniuerſalem repræſentans Eccleſiam, in fidei & morum determinationibus errare non poſſe.

XXIII. Nec minus certum, vnum eſſe de iure diuino ſummum in Eccleſia Chriſti militante Pontificem: cui omnes Chriſtiani parere tenentur: qui quidem poteſtatem habet & indulgentias conferendi.

Digitized by Google

Hic operæpretium eſt notare, in more poſitum eſſe, vt omnes baccalaurei Facultatis Theologiæ Pariſienſis, tam ſeculares, quam regulares, ſolenniter iurent in prædictos articulos, eoſque propria ſyngrapha obſignent, atque inſuper in omnium diſputationum aut actorum ſuorum exordio palam & publice profiteantur, ſe ſacrorum Conciliorum definitionibus, necnon decretis ſacratiſſimæ facultatis Theologiæ Pariſienſis, iugiter adhæſuros: quarum poteſtationum, eximium extat monimentum in tabellario Facultatis, anno M. D. VIII. *factum: & à Guidone Rigaudeau, ac Ioanne Crozon notariis publicis obſignatum.*

Tertium ſcholæ noſtræ decretum *aduerſus fratrem Ioannem Angeli*, his conceptum verbis, leges in eodem

Codice pergameneo, fol. centeſimo ſexto recto, & verſo.

IN NOMINE DOMINI, Amen. Huius præſentis publici inſtrumenti tenore cunctis pateat euidenter, & ſit notum, quod cum apud almam Theologorum facultatem Pariſius, ex parte venerabilis Capituli inſignis Eccleſiæ Tonacenſis delatæ & præſentatæ extitiſſent quatuordecim propoſitiones tanquam erroneæ, aut in fide male ſonantes, in quodam papyri folio redactæ, & ſcriptæ; quas aſſerebat dictum Capitulum fuiſſe in ciuitate Tornacenſi publicè in diuerſis prædicationibus ad populum per quendam fratrem Ioannem Angeli ordinis fratrum

Minorum

Minorum predicatas, & aſſertas; vt conſtare dicebat per quandam informationem auctoritate iuſtitiæ factam, prædictæ facultati ex parte ipſius Capituli cum dictis propoſitionibus præſentatam, & ſuper illarum propoſitionum qualificatione nonnulli egregij præfatæ facultatis Doctores & magiſtri, vnà cum Decano prædictæ facultatis ad ipſas propoſitiones examinandas, & earum veritatem iudicandam per ipſam almam facultatem electi & deputati fuiſſent, diuerſiſque diebus & reïteratis vicibus, tam in domo domini Decani præfatæ facultatis, quàm alibi prædicti Doctores & magiſtri deputati, cum multis & variis argumentationibus & diſcuſ-

ſionibus ſuper examine præfatarum propoſitionum, & earum qualificatione, dictæque informationis viſitatione congregati extitiſſent, materiaque prædicta in multis congregationibus prædictæ facultatis agitata: TANDEM anno Domini milleſimo CCCC. octuageſimo ſecundo, more gallicano computando, indictione prima, menſis verò Februarij die quinta, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri, Domini Sixti, diuina prouidentia Papæ quarti, anno duodecimo. IN mei Notarij publici præfatæ facultatis ſcribæ teſtiumque infraſcriptorum ad hæc vocatorum præſentia, præfata alma Theologorum facultas, apud ſanctum Mathurinum

Parisienſem in loco ſolito, per egregium & doctiſſimum virum magiſtrum Ioannem Huë ſacræ Theologiæ profeſſorem, Eccleſiæ Pariſienſis Pœnitentiarium, ac præfatæ facultatis Decanum, ſolemniter & per iuramentum ad qualificandum præfatas quatuordecim propoſitiones cõuocata, & congregata, omnibuſque magiſtris in magno numero tam Secularibus quàm Religioſis in præfata congregatione exiſtentibus, vnus poſt alium ad longum auditis : PRÆFATA alma Theologorum facultas poſt omnium & ſingulorum præfatorum magiſtrorum maturam deliberationem, per organum prænominati magiſtri Ioannis Huë Decani, ne-

mine opponente, prædictas quatuordecim propoſitiones modo & forma & prout continetur in quodam papyri folio de verbo ad verbum in prædicta congregatione pluries lecto & mihi Notario publico tradito, qualificauit. Cuius papyri folij, dictas propoſitiones & earum qualificationem continentis, tenor de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis. FRATER IOANNES ANGELI Religioſus fratrum Minorum, in quadrageſima nouiſſima publicè prædicauit articulos ſeu propoſitiones ſequentes, tam in Eccleſia Tornacenſi, quam in parochialibus Eccleſiis ſanctorum Petri, & Quintini Tornacenſis, Capitulo Eccleſiæ præfatæ Tornacenſis ſubditis, cui fra-

tres Minores Conuentus ciuitatis Tornacenſis fauorem, & aſſiſtentiam omnimodam præbuerunt.

PRIMVS articulus, fratres Minores præſentati Epiſcopo & admiſſi, ſunt proprij Sacerdotes & veri Curati, & meliùs quàm preſbyteri parochiales, quia facultatem ſuam habent à ſummo pontifice, & dicti preſbyteri ab ipſo Epiſcopo duntaxat. QVID QVID ſit de prima parte, propter æquiuocationem iſtius termimini *proprij*: DICIT tamen facultas, quod propoſitio in ſe, & quoad omnes reliquias partes, & probationem partis vltimæ, in qua dicitur *(ab Epiſcopo duntaxat)* eſt ſcandaloſa, in fide erronea, hierarchici ordinis deſtructiua, &

pro conſeruatione eiuſdem ordinis publicè reuocanda, & abiuranda.

Secundus articulus, Parochianus confeſſus dictis fratribus, ſatisfecit decretali *Omnis vtriuſque ſexus. de Pœnit. & remiſ.* Nec tenetur confiteri proprio ſuo Curato ſemel in anno, nec ab eo petere licentiam. HÆC PROPOSITIO vt jacet, eſt ſcandaloſa, & iuri communi contraria; & pro ſubditorum ad Prælatos debitæ obedientiæ & reuerentiæ obſeruantia, publicè reuocanda.

Tertius articulus. Si Curatus recuſet Sacramentum Euchariſtiæ miniſtrare parochiano eiſdem fratribus ſic confeſſo, veniat ille parochianus ad fratrem qui eum audiuit, &

ipſe ſibi adminiſtrabit. HÆC PROPOSITIO in forma in qua jacet eſt falſa, & de hæreſi vehementer ſuſpecta, iuri communi contraria, & publicè reuocanda.

Quartus articulus, Curatus Parochialis nihil debet recipere à parochianis ſuis pro confeſſione & Sacramentorum adminiſtratione, ſecus eſt de mendicantibus. HÆC PROPOSITIO eſt contra diſpoſitionem iuris naturalis & diuini expreſſam; Ideo falſa, & notariè hæretica.

Quintus articulus, Curatus aſſerens parochianos ſuos obligari vt ſibi confiteantur ſemel in anno ſub pœna peccati mortalis, eſt excommunicatus, & ſi celebret irregularitatem incurrit. HÆC PRO-

POSITIO est falsa & iniuriosa.

Sextus articulus, faciens celebrare missam per sacerdotem tenentem secum mulierem suspectam, seu alias mali regininis peccat mortaliter. HÆC PROPOSITIO quia indeterminatè loquitur est dubia, temeraria, & nullomodo populo prædicanda.

Septimus articulus, fratres prædicti non tenentur ad solutionem quartæ, de qua in Clementina *Dudum. de sepulturis*. HÆC PROPOSITIO est iuri communi contraria.

Octauus articulus, Papa posset totum ius Canonicum destruere, & nouum construere. HÆC PROPOSITIO est scandalosa, blasphematoria, notoriè hæretica, & erronea.

Digitized by Google

Nonus articulus, aliqui ſancti ſunt furioſi, gallicè *enragez*. HÆC PROPOSITIO eſt ſcandaloſa, blaſphematoria, & piarum aurium offenſiua.

Decimus articulus, animæ in purgatorio exiſtentes ſunt de iuriſdictione Papæ, & ſi vellet poſſet totum Purgatorium euacuare. HÆC PROPOSITIO in ſe eſt dubia, & ad mentem aſſerentis per modum iuriſdictionis, & ordinariæ poteſtatis, de falſitate ſuſpecta, & ſcandaloſa, & nullatenus populo publicè prædicanda.

Vndecimus articulus, Papa poſſet ab vno Eccleſiaſtico tollere medietatem reddituum beneficiorum ſuorum, & vni alteri dare, non exprimendo aliquam cauſam. HÆC

PROPOSITIO eſt periculoſa, & nullo modo prædicanda, vt jacet.

Duodecimus articulus. Quicumque contradicit voluntati Papæ paganizat, & ſententiam excommunicationis incurrit (ipſo facto) & à nullo Papa reprehendi poteſt niſi in materia hæreſis : HÆC PROPOSITIO eſt falſa, ſcandaloſa, & ſapiens hæreſim manifeſtam.

Decimus tertius articulus: Bulla per Papam modernum eiſdem fratribus conceſſa, fuit Pariſius prædicata, & per Vniuerſitatẽ Pariſienſem approbata, & qui eidem contradicit, ſententiam excommunicationis incurrit ipſo facto. HÆC PROPOSITIO eſt falſa, & mendacium ma-

nifeſtum continens.

Decimus quartus articulus. Dictus frater Ioannes Angeli omnes & ſingulos articulos ſupra dictos pluries aſſeruit fore veros, & eoſdem ſuſtinere velle Pariſius, & vbicunque vſque ad ignem, & illos nunquam reuocare; dicens ſe non eſſe de numero prædicatorum qui ſe reuocant. HOC DICTVM eſt hominis proterui, & pertinacis, & ſufficiens ad procedendum contra eum iudicialiter, tanquam contrà vehementer de hæreſi ſuſpectum.

DECLARAT etiam præfata alma Theologorum facultas, quod prædictorum articulorum qualificatio, nullomodo derogat, nec præiudicat Clementinæ *Dudum. de ſepulturis.*

De quaquidem qualificatione, omnibuſque præmiſſis, egregij & doctiſſimi viri Magiſtri Ioannes Roerij ſacræ Theologiæ profeſſor, Canonicus prædictæ Eccleſiæ Tornacenſis, tam ſuo quàm præfati Capituli nominibus, nonnullique etiam doctores & magiſtri in dicta congregatione, & Ioannes Partuy, *aliàs* Laurentij in artibus Magiſter, in iure Canonico licentiatus, hoſpitalarius & Canonicus præfatæ Eccleſiæ Tornacenſis, tam ſuo quàm præfati Capituli nominibus; nonnulli etiam doctores & magiſtri in dicta congregatione exiſtentes, petierunt ſibi & eorum cuilibet fieri atque tradi publicum inſtrumentum, ſeu publica inſtrumenta,

vnum aut plura, per me Notarium publicum ſubſcriptum. ACTA FVERVNT HÆC Pariſius in loco ſupradicto ſancti Mathurini, ſub anno, indictione, die, menſe, & Pontificatu prædictis: Præſentibus ad hæc egregiis & doctiſſimis viris magiſtris Antonio Vrſi; Ioanne de Hallies, Laurentio de Colonia, Guillelmo Houppelande, Iacobo l'Huillier, Reuerendo in Chriſto Patre Domino Ioanne Abbate Regalis montis, Reuerendo etiam Patre Domino Ioanne Abbate Caroliloci ordinis Ciſtercienſis, Stephano Geruaſi, Ioanne de Touques, Ioanne Quintin ſacræ Theologiæ profeſſoribus; necnon quamplurimis aliis in magno numero, tam

ſecularibus quàm Religioſis etiam ſacræ Theologiæ profeſſoribus, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis. Et ego Henricus Alexandri preſbyter, in iure Canonico Baccalaureus publicus, auctoritate Apoſtolica & Imperiali actoritatibus, ac venerandæ Curiæ conſeruationis priuilegiorum famoſiſſimi ſtudij Pariſienſis iuratus Notarius, prædictæ que almæ Theologiæ facultatis Scriba: quia prædictorum articulorum & informationis pro parte Capituli Tornacenſis ſupradictæ almæ Theologiæ facultati, præſentationi, & exhibitioni, prædictorumque articulorum examinationi & qualificationi, cæteriſque præmiſſis omnibus,

& ſingulis, dum ſic vt ſuprà ſcribuntur & per præfatos Decanum & facultatem agerentur & fierint, vnà cum prænominatis teſtibus præſens interfui, eaque ſic fieri vidi, & audiui: IDCIRCO huic inſtrumenta publico & alterius manu fideliter ſcripto, ſignum meum publicum conſuetum appoſui, IN FIDEM & teſtimonium præmiſſorum requiſitus & rogatus. Sic ſignatum, H. ALEXANDRI.

Quartum decretum ex eodem Codice excerptum eſt, fol. centeſimo quinquageſimo ſexto verſo, & centeſimo quinquageſimo ſeptimo recto: continetque reſponſionem Carolo VIII. Regi Chriſtianiſſimo factam, cum Eccleſiæ ſerio reformandæ rationem iniret, poſtquam ex Italia expeditione victor redijt.

ANNO DOMINI M. CCCC. XCVII. die vndecima menſis Ianuarij, ſacratiſſima Theologorum Facultas almæ matris Vniuerſitatis Pariſienſis congregata fuit apud ſanctum Mathurinum, pro terminandis quibuſdam quæſtionibus à domino noſtro Rege ad ſe tranſmiſſis, ſuper quibus jamdudum fuerant dati duodecim deputati ex magiſtris noſtris, diu quoque & per plures dies continuè, per dictos deputatos & alios fuerat diſputatum ſuper his: quibus deputatis auditis, & conſequenter omnium doctorum Regentium & Magiſtrorum accepta vniformi deliberatione, & concluſione, FVIT PER DICTAM FACVLTATEM concorditer reſponſum ad di-

ctus

ctas propoſitiones affirmatiuè, videlicet ad primam qua quærebatur : *A ſçauoir-mon ſi le Pape eſt tenu de dix ans en dix ans aſſembler le ſainct Concile repreſentant l'Egliſe vniuerſelle , & meſmement de preſent , conſideré le deſordre qui eſt tout notoire en l'Egliſe* , tàm in capite quàm in membris. ET RESPONSVM EST, quod ſummus Pontifex & pater ſanctiſſimus tenetur de decennio in decennium congregare generale Concilium vniuerſalem Eccleſiam repræſentãs, & maxime nunc, cum tanta ſit deordinatio in Eccleſia , tam in capitibus quam in membris , quæ cunctis notaria eſt.

Ad ſecundam quaquærebatur : *Et en cas de vrgente neceſſité , comme de preſent , ou quand*

dix ans ſont paſſez apres le dernier Concile, ſi le Pape eſt prié & ſommé de ce faire, & s'il eſt negligent ou differe, à ſçauoir-mon ſi les Princes, tant Eccleſiaſtiques que ſeculieres: & autres parties de l'Egliſe, ſe peuuent aſſembler de ſoy-meſme, & s'ils feront le ſainct Concile repreſentant l'Egliſe vniuerſelle, ſans eſtre par le Pape aſſemblez. DICTVM EST determinatiuè, quod ſi tempore vrgentis neceſſitatis, ſicut nunc, vel poſt decem annos ab vltimo celebrato Concilio, dictus ſummus Pontifex rogatus fuerit, requiſitus, ſummatus, & monitus, de ſic congregando dictum concilium, vt ſupra, & facere recuſauerit, & neglexerit, vel diſtulerit: tunc Principes tam Eccleſiaſtici quam ſeculares, & partes Eccleſiæ

notabiles, poſſunt ſe congregare, ſine hoc quod per dictũ ſummum Pontificem congregetur dictum Concilum Eccleſiam vniuerſalem repræſentans.

Ad tertiam qua quærebatur: *Si en cas de vrgente neceſſité comme de preſent, ou apres dix ans paſſez, comme deſſus, vne grande & notable partie de la Chreſtienté, comme le Royaume de France, ou le Roy repreſentant iceluy, prie, ſomme, & admoneſte le Pape & les autres parties de ſoy aſſembler & pouruoir à la neceſſité de l'Egliſe; & les autres parties, ou aucunes d'elles ſont negligentes, refuſantes, ou dilayantes, d'y venir, A ſçauoir-mon ſi ceux qui ſe trouueront pourront celebrer ledit Concile ſans les autres, & pourueoir à la neceſſité de l'Egliſe.* DIXIT ET DEFINIVIT

prædicta facultas, quod tempore vrgentis neceſſitatis vt nunc, vel poſt decenneum ab vltimo celebrato concilio, vt ſuprà dictum eſt, poſtquam aliqua bona magna pars & notabilis chriſtianitatis, quemadmodum regnum Franciæ, vel Rex chriſtianiſſimus ipſius vices gerens, rogauerit, ſummauerit, & exhortatus fuerit dictum ſummum Pontificem, cæteraſque partes Eccleſiæ, de congregando dictum Concilium, & ad ipſum conueniendo, & de prouidendo neceſſitati Eccleſiæ; ipſe verò Pontifex vel aliquæ prædictarum partium, fuerint recuſantes, negligentes, vel differentes de veniendo ad dictum Concilium; Nihilominus illi qui aderunt & comparebunt,

Digitized by Google

poterunt ſine aliis non comparentibus, dictum Concilium celebrare, & neceſſitati Eccleſiæ prouidere. Actum Anno & die prædictis.

Quæ reſponſio, aperte declarat quidnam Pariſienſes Theologi, conformiter ad Conſtantienſis & Baſileenſis ſynodi decreta de authoritate Concilij ſupra Papam, & de Regum chriſtianorũ poteſtate in Concilijs indicendis, & congregandis tum temporis ſentirent, atque docerent. Porro, ne aliquid eorum quæ in primo editione libelli de Eccleſiaſtica & politica poteſtate continebantur, in hac Demonſtratione deſiderari poſſit, eam Cenſurâ facultatis Pariſienſis, aduerſus myſterium iniquitatis Philippi Mornæi ſic concludam.

CVM auctore Apoſtolo 4. ad Epheſios, Deus omnia in vnitatem concluſerit:

& quæcumque ſunt à Deo ordinata ſint, Romano 13. exploratum autem habeatur, vnitatem atque ordinem ſine eminentis alicuius auctoritatis prærogatiua nequaquam ſubſiſtere: eaque de cauſa, Dominum noſtrum ad vitanda ſchiſmata, B. Petrum Vicarium ſuum, & caput viſibile Eccleſiæ conſtituiſſe, Matthæi 16. & Ioannis 21. Merito quidem omnes Catholici illos execrari debent, qui S. E. Romanæ primatum, atque vnicam Petri cathedram ſcriptis ſuis euertere moliuntur: cum certiſſimum ſit, Eccleſiam, quæ eſt myſticum corpus viſibile Chriſti, nulla alia re vel nota, accuratius dignoſci, aut à factioſis Sathanæ conuenticulis, quam vno vi-

ſiibili capite ſecerni poſſe. Quod ipſum, ſectariorum exempla ſatis comprobant, qui in ortus ſui principio, cum ab hac vnitate & fundamento viſibili nefarie deſciuiſſent, ſtatim in variorum ſchiſmatũ ac hæreſeon monſtra degenerarunt: adeo vt, tanquam Madianitæ, ſeſe mutuis & contrariis dogmatum vulneribus confecerint: nulla alia re inter ſe conſentientes, quam vt ſacroſanctam Eccleſiæ Catholicæ vnitatem funditus labefactent: ſicut omnibus eorum libris innoteſcit, maximè verò duobus, quos Philippus Mornæus Pleſſæus in lucem edidit: quorum alter, pridem à ſacratiſſima facultate Theologiæ Pariſienſi damnatus, inſcribitur, *de l'In-*

ſtitution , vſage , & doctrine du ſainct Sacrement de l Euchariſtie: alter , paucis ab hinc diebus vulgatus, iſtum nefandum ac horribilem titulum præfert: *le Myſtere d'Iniquité , c'eſt à dire , l'Hiſtoire de la Papauté.*

Quocirca, Decanus & Doctores prædictæ facultatis Pariſienſis, anno milleſimo ſexcenteſimo vndecimo, die prima Auguſti , poſt ſacrum de ſancto Spiritu , morte ſolito celebratum, in maiorem aulam Collegij Sorbonæ conuenientes, prouinciam iſtius libri examinandi viris ſelectis demandarunt: quiquidem die decimanona eiuſdem menſis & anni, ad facultatem retulerunt, ſe præfatum opus conſiderate legiſſe, atque expendiſſe: innumeris autem exe-

crandis

crandis Blaſphemiis, atque impietatibus in religionem, fidem catholicam, & ſanctam ſedem Apoſtolicam ſcatere; variis ac propudioſis mendaciorum atque hæreſeon pridem damnatarum centonibus interpolatum: denique, præcipuum Mornæi inſtitutum eſſe, vt Babylonicam confuſionem in Eccleſiam Catholicam, primatus ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, atque vnius Cathedræ Petri euerſione, intromittat: omneſque Principes Chriſtianos, ad bellum ſanctiſſimo D. noſtro Papæ inferendum, ſua turbulentiſſima oratione inflammet.

Quibus auditis, atque iterato, & maturè in deliberationem adductis, die vigeſima

ſecunda Auguſti, in ſolennibus comitiis, hac de cauſa ſub iuramento habitis; omnes & ſinguli Magiſtri Theologiæ, primo cenſuerunt, dictum librum hoc nefantiſſimo titulo nuncupatum, *le Myſtere d'Iniquité, c'eſt à dire l'Hiſtoire de la Papauté*, tanquam legi diuinæ, naturali, & canonicæ; Patrum antiquorum doctrinæ, praxi Eccleſiæ Catholicæ, ſacriſque ritibus ab omni memoria hominum in Eccleſia vſitatis ac receptis, omnino contrarium, hæreticum, furioſiſſimum, ſeditioſiſſimum, impudentiſſimis calumniis atque mandatiis refertiſſimum, damnandum, execrandum, ac populo Chriſtiano penitus interdicendum. Secundo, vt omnes pios Eccle-

Digitized by Google

siæ Catholicæ & Romanæ assertores huiusce rei necnon imminentis periculi quamprimum commonefacerent, hoc decretum Latine, & Gallice typis vulgandum esse statuerunt. Demum, vniuersos Ecclesiæ catholicæ Præsules, ac ciuiles Magistratus humillime obsecrant, atque obtestantur, vt pro sui officij & auctoritatis sibi à Deo creditæ ratione, huic teterrimæ pesti generose ac efficaciter occurrere annitantur: peruigilentque, tanquam rationem de publica Ecclesiæ pace, quiete, atque animarum salute, reddituri.

Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa, PSAL. 119.

ADMONITIO ad Lectorem.

CVM Emundus Richerius anno 1629. tres amplius menſes grauiſſimis, & acutiſſimis, torminibus nephritidis laboraſſet: ſuamque fidem, & pietatem omnes indubiam, & conteſtatam vellet relinquere. Declarationem in fronte, & veſtibulo huius libri editam anno 1622. iterato coram Thoma Vaſſets, & Fiacrio Iutet notariis Caſteleti Pariſienſis de integro edendam, & frequentandam cenſuit, die 28. Iunij eiuſdem an-

Digitized by Google

ni 1629. Sed de hinc die ſeptima Decembris ſequentis, illuſtriſſimis Cardinalis de Richelieu Prouiſor Sorbonæ, & primus Regis Franciæ miniſter, accerſito ad ſuas ædes Richerio per Carolum Talonum doctorem Sorbonicum, & paræcum ſancti Geruaſij Pariſienſis, eidem Richerio dixit, ſe nominatim mandatum à Rege habere pacem conſtituendi in Collegio Sorbonæ: neque Declarationem anno 1622. editam à Richerio ſufficere ad tollenda diſſidia, & diſſentiones doctorum: neque etiam grauitatem temporum pati, vt hodierna die Richerius libellum ſuum explicaret, vt memorata Declarationem ſpondebat. Itaque peropus eſſe Declarationem

nouam ederet, cuius exemplum poſtea integrum exhibemus. Quibus perſpectis, cum Richerius ſibi minime integrum videret dicere aperte quidam de hoc Cardinalis Richeleij mandato, nomine, & auctoritate Regis armato ſentiret, neque ei Regem conuenire, & alloqui fas eſſe: & præterea color quæreretur pacis in Collegio Sorbonico ſtabiliendæ, quam Richerius ne tantillum quidem vnquam labefactarat: Vt ergo publicæ, atque priuatæ pacis amantiſſimus, Declarationem ſibi à Cardinali Richeleio dictatam, & oblatam in eius ædibus exſcripſit, atque obſignauit, in Camera patris Ioſeph ordinis Capucinorum, præſente, ac teſte Carolo Talo-

no, atque eodem patre Ioseph: quam Declarationem eiusdem Cardinalis iussu Richerius ad notarios cõsignandã detulit, qualẽ hic intueris.

Declaratio Emundi Richerij super editione libelli sui de Ecclesiastica, & Politica potestate.

EGo Emundus Richer presbyter diœcẽsis Lingonensis, doctor sacræ facultatis Theologiæ Parisiensis, & magnus Magister Collegij Cardinalitij Vniuersitatis Parisiensis subsignatus: Cum perspexerim quasdam propositiones libelli à me scripti anno milleſimo sexcenteſimo vndecimo, *De Ecclesiastica, & Politica potestate*, in malam partem acceptas: hic protestor,

& declaro, me ſemper voluiſſe, atque etiam nunc velle, & meipſum, & libellum præfatum, quaſcumque ius propoſitiones, earumque interpretationem, *omnemque meam doctrinam, Eccleſiæ Catholicæ Romanæ, ſanctæ ſedis Apoſtolicæ iudicio ſubijcere: quam Matrem, & Magiſtram omnium Eccleſiarum, & infaillibilem veritatis iudicem agnoſco*: ac proteſtor permagnum concepiſſe dolorem, aliquas propoſitiones memorati libelli ſic à me eſſe conſcriptas, vt occaſionem offenſionis dederint: quaſi iuſtæ & legitimæ poteſtati ſummi Pontificis, & dominorum Prælatorum Eccleſiæ aliquid diminutum, aut detractum vellem, licet talis intentio mea non fuerit: *Quaſquidem*

propoſitiones, *quatenus Eccleſiæ Catholicæ*, *Apoſtolicæ*, *& Romanæ iuditio*, VT SONANT, *contrarias*, *vehementer improbo*, *& condemno*. Quam Declarationem, profiteor me libere, ac voluntarie edidiſſe, vt mea erga ſanctam ſedem Apoſtolicam obedientia cunctis pateat: eamque inter manus illuſtriſſimi domini Cardinalis de Richelieu Prouiſoris Sorbonæ conſignandam cenſuiſſe, pro ratione obſeruantiæ, & debiti mei erga eumdem dominum illuſtriſſimum Cardinalem. In cuius rei fidem, & teſtimonium preſentem Declarationem: & Proteſtationem concepi, meáque manu ſcripſi, & abſignaui, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo nono, die Vene-

ris ſeptima Decembris, præſentibus Magiſtro Carolo Talon parœco ſancti Geruaſij Pariſienſis, & patre Ioſeph Pariſienſi ordinis Capucinorum: Signatum Richer, Talon, & Ioſeph cum ſyngraphis.

E. RICHER.

AVIourd'huy datte des preſentes, eſt comparu pardeuant les Notaires, & Gardenotes du Roy noſtre Sire en ſon Chaſtelet de Paris ſouſſignez, Venerable & ſcientifique perſonne Me Emond Richer Docteur en la Faculté de Theologie de Paris & grand Me du College dit du Cardinal le Moyne fondé en l'Vniuerſité de Paris, ruë ſaint Victor: lequel volontairement a reconnu, & confeſſé, auoir eſcrit, & ſigné le contenu cy-

dicem agnoſco, *&c.* Quæ verba de Romanæ Eccleſiæ, & ſedi, Apoſtolicæ infaillibili iudicio coniunctim, non autem ſeparatim de ſola ſede Apoſtolica intelligi oportere liquet: propterea quod nullus Patrum antiquorũ ſolam ſedem Apoſtolicam diſtributim captam, Matrem, & Magiſtram omnium Eccleſiarum infaillibilem vnquam vocauit: ſed ſolummodo Romanam Eccleſiam *propter potentiorem principalitatem*: quippe quæ à beatis Apoſtolis Petro, & Paulo collectim eſſet fundata, vt S. Irenæus lib. tertio cap. tertio aduerſus hæreſes nominatim docet. Cum itaque hæc Eccleſiæ Romanæ fundatio ab Apoſtolis Petro, & Paulo coniunctim facta, vnius, & ſolius

ſedis Apoſtolicæ, aut Papæ ſingularitatem monarchicam excludat Inſurgit: neceſſariò, memoratam clauſulam de ſedis Apoſtolicæ, atque Romanæ Eccleſiæ infaillibilitate coniunctim ſumptam, nihil penitus officere, aut ijs derogare quæ Richerius libello de Eccleſiaſtica, & politica poteſtate aſſerit: puta ſolam Eccleſiam Catholicam, Apoſtolicam, & Romanam collectim non ſedem Apoſtolicam, aut Papam diſtributim captos, eſſe infaillibiles: conſequenterque *Eccleſiam Canone non abſoluta poteſtate regi oportere*, vt libelloſuo docet Richerius.

Poſterior clauſula ſic concipitur, *Quaſquidem propoſitiones, quatenus Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ, & Romanæ iudicio*,

VT SONANT, *contrarias, vehementer improbo, & condemno:* Hinc autem planum euadere, propoſitiones libello Richerij contentas, ſolummodo conditionaliter, & ſecundum quid Cenſura compunctas, ſicut iam ſuperius in Epiſtola huius libelli ad lectorem obſeruatum eſt. Quapropter ſequitur neceſſariò, vocem illam, VT SONANT, certam munire viam Richerio ad explicandas libelli ſui propoſitiones in bonum, verum, & catholicum ſenſum: ac proinde Declarationem à Richerio editam apud illuſtriſſimum Cardinalem de Richelieu, nihil plane libello Richerij de Eccleſiaſtica, & politica poteſtate incommodare.

Digitized by Google

CONSOLATIO, ET ſpes hominis Chriſtiani, vt ei omnis metus mortis adimatur.

Mart. 11. VENITE ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos: Et inuenietis requiem animabus veſtris: Iugum enim meum Ioan. 14 ſuaue eſt, & onus meum leue.] Ego ſum via, & veritas, & 1. Ioan. 5. vita.] *ait Dominus.* Videte qualem charitatem dedit nobis Pater miſericordiarum, vt filij Dei nominemur, & ſimus.] Si autem filij, & hæredes; hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti: ſi tamen compatimur, vt & con-

conglorificemur. Quid ergo dicemus ad hæc, ſi Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quo modo non etiam cum illo omnia nobis donauit?] Qui peccatum 2. Cor. 5.
non nouit, ipſe peccatum factus eſt, vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo.] Nihil Rom. 8.
ergo nunc damnationis eſt iis qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant: Lex enim Spiritus vitæ in Chriſto Ieſu, liberauit nos à lege peccati, & mortis.] Vt 1. Cor. 15.
fiat ſermo qui ſcriptus eſt, Ero mors tua ô mors, morſus Oſeæ. 13.
tuus ero Inferne.] Abſorpa eſt mors in victoria: vbi eſt mors victoria tua, vbi eſt 1. Cor. 15.
mors ſtimulus tuus: Deo au-

Digitized by Google

tem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum.]

Hebr. x. 4 Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus, in auxilio opportuno: eumque ita obsecremus.

ORATIO AD VITAM Christianè instituendam, & finiendam.

2. Cor. 1. DOMINE DEVS *misericordiarum, & totius consolationis*:

Psal. 102. [*qui sicut Pater filiorum, ita misereris timentibus te: qui cognoscis figmentum nostrum, quoniam puluis sumus, diésque nostri sicut fœnum pertranseunt, & tan-*

quam flos agri sic efflorescunt: quod ex nihilo procreati, sic à natura *proni sumus in malum*, [*vt absque tuo singulari auxilio, nihil æterni velle, nedum perficere possimus.* Cui nostræ infirmiti, & miseriæ vt succurreres, quando tibi placuit [*Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum vnicum, dare propitiationem pro peccatis nostris*: atque horribiles mortis æternæ tenebras, & dolores; in lucem, gaudium, & gloriam vitæ immutabilis transmutare; [*& cum eodem filio tuo charissimo nobis omnia superabunde donare.* Te obsecro Domine, per eumdem redemptorem nostrum [*Vanitatem & verba mendacij longe fac à me: Paupertatem & diuitias ne dederis mihi: sed tribue tantum victui meo necessaria*: [*ne derelin-*

Genes. 8

Philip. 2.

1. Ioan. 4.

Rom. 8.

Proverb. 30.

Eccleſiaſtici. 23. *quas me in cogitatu maligno : extollentiam oculorum ne dederis mihi : & deſiderium prauum auerte à me : auffer à me concupiſcentiam : & animæ irreuerenti , ac infrunitæ ne tradas me :* da in communibus vitæ humanæ officiis exercendis , ne quid peccem contra legem tuam : & quia tum temporis bonum eſt mori , cum adhuc iucundum eſt viuere , effice vt diem ſupremum obeam , antequam iucundo vitæ ſenſu perempto , vita in moleſtiam , & pœnam degeneret. [*à delictis meis munda me ; & ab alienis parce ſeruo tuo* : mihique , potiſſimum in mortis articulo , gratiam perfectæ pœnitentiæ , charitatis , & perſeuerantiæ , cum ſana mente , & integro vſu rationis largire: quò immenſos mi-

Pſal. 18.

ſericordiæ tuæ theſauros, [*quantaque ſit latitudo, longitudo, ſublimitas, & profundum, ſupereminentis in nos charitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum omnibus ſanctis, poſſim comprehendere: & impleri in omni plenitudine Dei,* Epheſ. 3. illo cœleſti viatico, [*& ſuperſubſtantiali pane Angelorum*: Matth. 6. Itaut, vbi mens mea meritum paſſionis Domini ſolidè recoluerit; hîcque pretium, pignus, & præmium vitæ æternæ in ænigmate perceperit; Pſal. 77. tandem teipſo, [*qui es via, veritas, & vita*, Ioan. 14. [*facie ad faciem* iugiter perfrui; [*& gloria, quam præparaſti diligentibus te, ſatiari valeam.* 1. Cor. 13. Da mihi inſuper Domine, has breues oratiunculas ita cordi infixas habere, vt crebris gemitibus, atque ſuſpiriis, voce, & men- 1. Cor. 2. Pſal. 16.

te, eas assiduo frequentare, & cum extremo spiritu sic precari queam: [*Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Nec alius à te est Domine, qui mundum de immundo conceptum semine facere possit. [Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. [Ne proijcias me à facie tua, & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me. [Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? [Et non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. [Illumina Domine oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte, ne quando dicat*

Psal. 50.
Iob. 14.
Psal. 50.
Psal. 129
Psal. 142.
Psal. 12.

inimicus præualui aduerſus eum. [*Quoniam* abſque tuo ſingulari auxilio *non eſt in morte qui memor ſit tui; vt nomen tuum ſanctificare poſſit: in inferno autem quis confitebitur tibi* : & glorioſum triumphum prædicabit, *quem de peccato, morte, & inferno deuictis reportaſti* ? [*In te Domine ſperaui, non confundar in æternum, in iuſtitia* vnigeniti filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti *libera me* : [*qui peccatum non nouit, tamen peccatum fieri voluit, vt efficeremur iuſtitia Dei in ipſo.* [*Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu, & propter nomen tuum deduces me, & enutries me. In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum, redemiſti me Domine Deus veritatis.* Domine Ieſu Chriſte fili Dei viui, pone paſſionem, crucem, &

Pſal 6.

1.Cor.15.

Pſal 30.

2.Cor. 5.

Pſal. 30.

ſedis Apoſtolicæ, aut Papæ ſingularitatem monarchicam excludat Inſurgit: neceſſariò, memoratam clauſulam de ſedis Apoſtolicæ, atque Romanæ Eccleſiæ infaillibilitate coniunctim ſumptam, nihil penitus officere, aut ijs derogare quæ Richerius libello de Eccleſiaſtica, & politica poteſtate aſſerit: puta ſolam Eccleſiam Catholicam, Apoſtolicam, & Romanam collectim non ſedem Apoſtolicam, aut Papam diſtributim captos, eſſe infaillibiles: conſequenterque *Eccleſiam Canone non abſoluta poteſtate regi oportere*, vt libelloſuo docet Richerius.

Poſterior clauſula ſic concipitur, *Quaſquidem propoſitiones, quatenus Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ, & Romanæ iudicio*,

VT SONANT, *contrarias, vehementer improbo, & condemno:* Hinc autem planum euadere, propoſitiones libello Richerij contentas, ſolummodo conditionaliter, & ſecundum quid Cenſura compunctas, ſicut iam ſuperius in Epiſtola huius libelli ad lectorem obſeruatum eſt. Quapropter ſequitur neceſſariò, vocem illam, VT SONANT, certam munire viam Richerio ad explicandas libelli ſui propoſitiones in bonum, verum, & catholicum ſenſum: ac proinde Declarationem à Richerio editam apud illuſtriſſimum Cardinalem de Richelieu, nihil plane libello Richerij de Eccleſiaſtica, & politica poteſtate incommodare.

CONSOLATIO, ET ſpes hominis Chriſtiani, vt ei omnis metus mortis adimatur.

Mart. 11. VENITE ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos: Et inuenietis requiem animabus veſtris: Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.] Ioan. 14 Ego ſum via, & veritas, & 1. Ioan. 5. vita.] *ait Dominus.* Videte qualem charitatem dedit nobis Pater miſericordiarum, vt filij Dei nominemur, & ſimus.] Rom. 8. Si autem filij, & hæredes; hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti: ſi tamen compatimur, vt & con-

conglorificemur. Quid ergo dicemus ad hæc, ſi Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quo modo non etiam cum illo omnia nobis donauit?] Qui peccatum 2. Cor. 5.
non nouit, ipſe peccatum factus eſt, vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo.] Nihil Rom. 8.
ergo nunc damnationis eſt iis qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant: Lex enim Spiritus vitæ in Chriſto Ieſu, liberauit nos à lege peccati, & mortis.] Vt 1. Cor. 15.
fiat ſermo qui ſcriptus eſt, Ero mors tua ô mors, morſus Oſeæ. 13.
tuus ero Inferne.] Abſorpa eſt mors in victoria: vbi eſt mors victoria tua, vbi eſt 1. Cor. 15.
mors ſtimulus tuus: Deo au-

tem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.]

Hebr. 4. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus, in auxilio opportuno: eumque ita obſecremus.

ORATIO AD VITAM Chriſtianè inſtituendam, & finiendam.

2. Cor. 1. DOMINE DEVS *miſericordiarum, & totius conſolationis:*

Pſal. 102. [*qui ſicut Pater filiorum, ita miſereris timentibus te: qui cognoſcis figmentum noſtrum, quoniam puluis ſumus, diéſque noſtri ſicut fœnum pertranſeunt, & tan-*

quam flos agri sic efflorescunt: quod ex nihilo procreati, sic à natura *proni sumus in malum*, [*vt absque tuo singulari auxilio, nihil æterni velle, nedum perficere possimus.* Cui nostræ infirmiti, & miseriæ vt succurreres, quando tibi placuit [*Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum vnicum, dare propitiationem pro peccatis nostris*: atque horribiles mortis æternæ tenebras, & dolores; in lucem, gaudium, & gloriam vitæ immutabilis transmutare; [*& cum eodem filio tuo charissimo nobis omnia superabunde donare.* Te obsecro Domine, per eumdem redemptorem nostrum [*Vanitatem & verba mendacij longe fac à me: Paupertatem & diuitias ne dederis mihi: sed tribue tantum victui meo necessaria*: [*ne derelin-*

Genes. 8

Philip. 2.

1. Ioan. 4.

Rom. 8.

Proverb. 30.

Eccleſiaſtici. 23. *quas me in cogitatu maligno : extollentiam oculorum ne dederis mihi : & deſiderium prauum auerte à me : auffer à me concupiſcentiam : & animæ irreuerenti, ac infrunitæ ne tradas me :* da in communibus vitæ humanæ officiis exercendis, ne quid peccem contra legem tuam : & quia tum temporis bonum eſt mori, cum adhuc iucundum eſt viuere, effice vt diem ſupremum obeam, antequam iucundo vitæ ſenſu perempto, vita in moleſtiam, & pœnam degeneret. [*à delictis meis munda me ; & ab alienis parce ſeruo tuo* : mihique, potiſſimum in mortis articulo, gratiam perfectæ pœnitentiæ, charitatis, & perſeuerantiæ, cum ſana mente, & integro vſu rationis largire: quò immenſos mi-

Pſal. 18.

ſericordiæ tuæ theſauros, [*quantaque ſit latitudo, longitudo, ſublimitas, & profundum, ſupereminentis in nos charitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum omnibus ſanctis, poſſim comprehendere: & impleri in omni plenitudine Dei,* Epheſ. 3. illo cœleſti viatico, [*& ſuperſubſtantiali pane Angelorum*: Matth. 6. Itaut, vbi mens mea meritum paſſionis Domini ſolidè recoluerit; hîcque pretium, pignus, & præmium vitæ æternæ in ænigmate perceperit; Pſal. 77. tandem teipſo, [*qui es via, veritas, & vita*, [*facie ad faciem* Ioan. 14. iugiter perfrui; [*& gloria, quam præparaſti diligentibus te, ſatiari valeam.* Da mihi inſuper Domine, has breues oratiunculas ita cordi infixas habere, vt crebris gemitibus, atque ſuſpiriis, voce, & men- 1. Cor. 13. 1. Cor. 2. Pſal. 16.

inimicus prævalui aduersus eum. [*Quoniam* absque tuo singulari auxilio *non est in morte qui memor sit tui; vt nomen tuum sanctificare possit: in inferno autem quis confitebitur tibi* : & glorioſum triumphum prædicabit, *quem de peccato, morte, & inferno deuictis reportasti* ? [*In te Domine speraui, non confundar in æternum, in iustitia* vnigeniti filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti *libera me*: [*qui peccatum non nouit, tamen peccatum fieri voluit, vt efficeremur iustitia Dei in ipso.* [*Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu, & propter nomen tuum deduces me, & enutries me. In manus tuas Domine commendo spiritum meum, redemisti me Domine Deus veritatis.* Domine Ieſu Chriſte fili Dei viui, pone paſſionem, crucem, &

Pſal 6. 1. Cor. 15. Pſal 30. 2. Cor. 5. Pſal. 30.

mortem tuam, inter iudicium tuum, & animam meam, nunc
Matth. 6. & in hora mortis meæ: *Sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra, panem nostrum quotidianum da nobis hodie: Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: & ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Amen.*

Meditatio in vitam æternam.

Psal. 41. QVemadmodum desiderat Ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus, &c.

Psal. 83. Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit,

cupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Quia melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper millia. Elegi abiectus eſſe in domo Dei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Quia miſericordiam, & veritatem diligit Deus, gratiam, & gloriam, dabit Dominus.

Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus, &c. Pſal. 121.

Vrbs Hieruſalem beata, dicta pacis viſio, &c.

Oratio contra tribulationes.

Ioan. 14. Sapien. 15. DOMINE IESV CHRISTE, *Via, veritas, & vita:* Ioan. 17. [*quem nosse consummata est Iustitia; & cuius Iustitiam, & virtutem scire, radix est immortalitatis:* quando tua singulari misericordia, aliquam tuæ veritatis, & iustitiæ particulam imIoan. 18. bibimus, [*vtque speramus libe-*1 Cor. 10. *rabit:* obsecro [*ne patiaris nos tentari supra id quod possumus, sed fac* gloriæ tuæ, & salutis nostræ *prouentum, ex tentatione.* Psal. 45. [*Esto refugium nostrum, & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis: Propterea, non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor ma-*

ris. [*Vnam petij à Domino, hanc* Psal. 26.
requiram, vt inhabitem in domo
Domini omnibus diebus vitæ meæ.]
Quia melior est dies vna in atriis Psal. 83.
tuis super millia. Elegi abiectus
esse in domo Dei mei, magis quam
habitare in tabernaculis peccato-
rum.] *Miserere mei Deus, secun-* Psal. 50.
dum magnam misericordiam tuam:
Ecce enim in iniquitatibus con-
ceptus sum, & in peccatis concepit
me mater mea. Nec alius à te est Iob. 14.
Domine, qui mundum de immun-
do conceptum semine facere possit.
Auerte faciem tuam à peccatis
meis, & omnes iniquitates meas Psal. 50.
dele. Cor mundum crea in me Deus,
& spiritum rectum inuoua in visce-
ribus meis. Ne proijcias me à facie
tua, & Spiritum sanctum tuum ne
auferas à me.] *Si iniquitates ob-* Psal. 129.
seruaueris Domine, Domine quis
sustinebit? [*Et non intres in iudi-*

cium cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Pſal. 142. *Quia perſecutus eſt inimicus animam meam, humiliauit in terra vitam meam. Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi, & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum. Eripe me de inimicis meis Domine ad te confugi, doce me facere voluntatem* Pſal 119. *tuam, quia Deus meus es tu* [*Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua doloſa.* [*Au-* Pſal. 118. *fert à me opprobrium, & contemptum, quia teſtimonia tua exquiſiui. Redime mè à calumnis hominũ, vt cuſtodiam mandata tua.* [*Ne* Pſal. 70. *proijcias me in tempore ſenectutis, cum defecerit, virtus mea ne derelinquas me* Pſal. 50 [*Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ, & exultabit lingua mea iuſtitiam* Pſal. 142. *tuam.* [*Educes de tribulatione ani-*

nam meam , & in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant animam meam , quoniam ego ſeruus tuus ſum. [*In te Domine ſperaui,* Pſal. 30. *non confundar in æternum , in iuſtitia* vnigeniti filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti [*libera me:* [*qui peccatum non nouit , tamen* 1. Cor. 5. *peccatum fieri voluit , vt efficeremur Iuſtitia Dei in ipſo.*] *Quoniam fortitudo mea , & refugium meum es tu , & propter nomen tuum deduces me , & enutries me. Edu-* Pſal. 30. *ces me de laqueo hoc quem abſconderunt mihi , quoniam tu es protector meus. In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum, redemiſti me Domine Deus veritatis.* [*Sanctificetur nomen tuum ,* Matt. 6. *adueniat regnum tuum , fiat voluntas tua , ſicut in cœlo & in terra : panem noſtrum quotidianum da*

nobis hodie : & dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris : & ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo. Amen.

FINIS.

EMVNDI
RICHERII
DOCTORIS THEOLOGI
PARISIENSIS
TESTAMENTVM.

PARISIIS,

M. DC. LX.

Digitized by Google

Veritas Domini manet in æternum, & liberabit nos. PSAL. CXII. & IOANNIS VIII.

Deus dissipabit ossa eorum qui hominibus placent. PSAL. LII.

Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet: & educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem. PSAL. XXXVI.

Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. ECCLESIASTICI IV.

Digitized by Google

IN nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, amen. Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo decimo tertio, die xxij. Nouembris. Ego Emundus Richerius natus Caduſiæ, diœceſis Lingonenſis preſbyter, & Doctor ſacræ facultatis Pariſienſis, ſociuſque Sorbonicus, ac magnus Magiſter Collegij Cardinalitij, anno tertio, & quinquageſimo ætatis cum vno menſe, duobus & vigenti diebus: Poſtquam Deum humillime adoraui, Ieſu Chriſto redemptori animam meam commendaui, atque deuoui: B. virginem matrem Dei cum omnibus ſanctis precatus ſum, quatenus

ſuis orationibus mihi in articulo mortis indulgẽtiam peccatorum cum prefecta charitate, à Domino noſtro Ieſu Chriſto impetrare dignarentur: ſedens in mea bibliotheca, animo & corpore ſanus, hunc Codicillum Latinum olographum in formam Teſtamenti condidi, ſinguliſque annis vitæ, qui poſt primam ſcriptionem mihi ſuperfuerunt, ſæpius, diligenterque recognoui: quem vbi viam vniuerſæ carnis ingreſſus fuero, cum alio Codicillo Gallico de meo peculiolo, & facultatibus, pariter à me ſcripto, & obſignato, exequutioni mandari volo. Primum autem quaſcumque iniurias aut damna cuicumque intuli: quæcumque nomina, aut debitæ

contraxi, ea confestim emendari, & dissolui cupio. Verum, quoniam die secunda Ianuarij anni millesimi sexcentesimi octaui omnium doctorum Facultatis Theologiæ Parisiensis consensu (me quidem inscio, non cogitante, & à Comitiis absente, sicut Acta scholæ testantur (eo tempore Syndicus eiusdem Facultatis renunciatus sum, quo totum Franciæ regnum, & Vniuersitas Parisina, maxime vero post Henrici IV. cædem, in maximas omnium angustias, & difficultates coniuncta est: eamque ob causam gerendo Syndicatum, aut mihi in veritatis defentione, & salute communis parentis Academiæ, quæ me semper à pueris aluit, ac erudiuit, præuarican-

dum, aut in multorum hominum potentiſſimorum odium neceſſario incurrendum fuit: Ego hic per ſpem ſalutis meæ in Chriſti ſanguine declaro, atque proteſtor: quæcumque velut Cenſor Academiæ, Syndicus, aut priuatus Doctor Facultatis Theologiæ dixi, ſcripſi, curaui, geſſi, adminiſtraui, illa me non cuiuſquam odio, vel inuidia feciſſe, non vindictæ vanæ gloriæ, aut redimendæ gratiæ hominum, vel opum cumulandarum deſiderio, aut etiam vt nouas diuiſiones, & ſchiſmata in regno, & Eccleſia conſererem, vel jampridem conſita fauorem, aut paſtinarem: Sed in omnibus meis actionibus hoc vnum mihi perpetuo, conſtanterque propoſitum, quatenus auitos,

receptoſque mores, patrios ritus, maiorum inſtituta, innumeris quidem virtutum exemplis nobilitata, & comprobata, inculpatæ tutelæ moderatione vindicarē: necnon Pariſinæ vniuerſitatis, & ſcholæ Sorbonicæ incolumitati, tanquam Reipublicæ Chriſtianæ perutilibus, conſulerem. Cæterum, anno MDCXI. poſt ſolutionem Capituli generalis Dominicanorum, rogatu, atque impulſu viri ampliſſimi Nicolai Verduni, primi præſidis Curiæ Parlamēti, ego libellum de Eccleſiaſtica, & Politica poteſtate lucubraui, partim vt antiquæ, & nouæ doctrinæ diſcrimen referarem: *Partim vt ſupremam atque independentem politicarum poteſtatum auctoritatem, contra no-*

uam, & seditiosam doctrinam de abdicandis, & occidendis Regibus, quæsito colere tyrannidis, aut neglectæ religionis Catholicæ, propugnarem. Quem libellum publicis iuris feci, quando causa Academiæ Parisiensis contra Iesuitas in amplissimo ordine perorata est. At vero nunquam posteri in animum inducent suum, quantum damni ex hoc meo proposito, de parente Academia, & veritate iusti regiminis Ecclesiæ à Christo instituti tuenda, quantum infamiæ, calumniarum, potentissimorum inimicorum, & periculi, sub prima Ludouici XIII. ætate, in me redundarit; & dehinc etiam redundabit, nisi Deus sua immensa bonitate incredibiles maleuolorum mi-

nas, conatus, & factiones in meam perniciem excogitatas, atqui inſtructas, profligarit. Hercle illuſtriſſimus Cardinalis Perronius, qui me criminandi princeps extitit, vt totum Regis Conſiſtorium in meam ruinam procliuius incenderet, in ſacro Principis conſilio dixit, Scriptorem libelli de Eccclesiaſtica, & Politica poteſtate, quem optime nouerat, conſtituiſſe præſentẽ Regni, Regine matris, omniumque liberorum regiorum ſtatum, hac ſcriptione conuellere: ac propterea, neque ſuum, neque typograhi nomen illi libello inſcripſiſſe. Quæ ſtatim atque accepi, mihi quidem; & veritatis, & teſtimonij rectæ conſcientiæ apprime gnarus, palam, & in-

genue meme illius libelli auctorem, ac vehementer ambire professus sum, vt *à viris doctis qui non essent in causa* Serio examinaretur. Quamobrem aliquot viros primarios sacri Consistorij etiam atque etiam precatus sum, darent operam, quatenus aut voce in Regis Consistorio Cardinali Porronio respõdere, aut aliqua scriptione meam innocentiam cum veritate propositionum libello meo contentarum, mihi integrum esset defendere. Sed proh dolor! grauissima tempora pupillaris ætatis Regis, & incredibiles clamores, prensationes, atque interminationes domini Ruperti Hubaldini Nuncij Apostolici, qui se continuo Lutetia insalutato Rege decessurum Ro-

mam obteſtabatur, & me-
ipſum, atque libellum meum,
telis, & ludibrio hominum in-
dicta cauſa ſic expoſuerunt,
vt mihi nonmodo omnia hu-
mana ſubſidia, & leges Regni
deeſſe, verumetiam cunctas
mundi poteſtates, quaſi in
meam conſenſiſſe perniciem,
ſub ætate pupillari Regis, in-
quam, expertus fuerim. Certe
D. Cardinalis Bonzius Italus,
mihi nominatim & Regis, &
D. Brulartij Cancellarij Fran-
ciæ imperio, iracunde, mina-
citerque prohibuit, ne etiam
contumelioſis libellis, quos
homines conductitij etiam in
me ſcripturiebant, & publica-
bant, reſponderem: niſi è ve-
ſtigio, & meam ipſius, & cuiuſ-
cumque alterius Apologiam
meo nomine factam capitis

luere vellem: *Nam*, inquit, *si Rex, & Regina regens tam studiose, & comiter pacem colit cum vili, & exigua Geneuæ republica: quid eos cum summo Pontifice facere oportet, quando præter spirituale regnum per vniuersum orbem terrarum diffusum, magno insuper temporali regno potitur in Italia?* Qua ex Cardinalis Bonzij oratione, & gestis. D. Nuncij Apostolici contra me, tum didici quod antea nesciebam, scilicet maiorum doctrinam de Concilij auctoritate supra Papam libello meo euolutam, hodie velut materiam, & argumentum status politici temporalis in Curia Romana pertractari; quamquam Cardinalis Bellarminus, & Perronius eam esse problematicam venditent. Iam ergo aliquid internun-

cius ad maiores noſtros defe-
rat, noxæ, & quidem capitali
datum Richerio, quod in re-
gno Franciæ, atque inter Pa-
riſienſes Theologos, de anci-
pitibus controuerſiis, atque
auitis Eccleſiæ Gallicanæ li-
bertatibus diſputaſſet: quia
vt inquiunt, tantumdem lici-
tum eſt de Regis, & Regni
Franciæ ſtatu, quantum de
Pontificis auctoritate ſupra
Concilium ambigere! Qua
propter, inita fuerunt conſi-
lia de Richerio velut monar-
chomacho, & perduelli com-
pingendo in Baſtiliam Pari-
ſienſem: atque inauditis an-
tea fabricis, & prenſationi-
bus regium diploma quæſi-
tum, & extortum eſt, vt con-
tra morem ſcholæ Pariſien-
ſis, Syndicatu Theologiæ fa-

cultatis abdicaretur : quoniam via ordinaria comitiorum id nulla ratione, quamquam sæpe tentatum, confici potuerat : tametsi ex omnibus Galliæ prouinciis, nimirum Picardia, Campania, Normania, Aquitania, Britannia Armorica, Carnuto, Aureliis, & Niuernio, doctores Sorbonici seculares, & Regulares, extraordinariis euocati studiis, & quidam illorum mercede proposita allecti, magnisque locupletati pollicitationibus fuissent. Quid memorem palam circumferri, illos gratissimam Deo victimam facturos, qui sese Richerio mactando deuouerint : & si vnquam abripi, & Romam deportari possit, reuera experturum quod

pernegat : nimirum Papam materiali gladio inſtructiſſimum, ad perduelles ſimiles Richerio capite plectendos. Verum illi ipſi qui deſiderio hominibus gratificandi, & foro ſeruiendi, tam cruenta, & horrenda in Richerium commentatur, minime attendunt, ſe iſtis formidoloſis interminationibus magnam inuidiæ molem SS. Apoſtolicæ conciliare : quaſi manſuetiſſima, & æquiſſima Petri Cathedra, quæ anteactis ſeculis vſque vſque afflictis, & catholicam veritatem propugnantibus perfugio, & præſidio ſalutari extitit, *iam vel damnaret innocentes, vel ſolueret noxios : cum apud Deum non ſententia Sacerdotum, ſed reorum vita quæratur*, auctore Hieronymo in caput

16. Matthæi: ſiquidem *manet Petri priuilegium vbicumque ex ipſius æquitate ferturiudicium*, vt ait S. Leo magnus 16. *quæſt. 1. Can. manet.* Quid dicere attinet, Richerio grauiſſime ægrotanti, imperitos, & ignaros ſacerdotes factione conductos, ei abſolutionem ſacramentalem, & Euchariſtiæ ſacramentum denegaſſe, atque innumeras alias moleſtias, calamitates, & pericula, viginti circiter annorum inclinatione intentata, & procurata?

Quando igitur veritas iuſti regiminis Eccleſiæ, à Chriſto inſtituti, & ab Apoſtolis, patribuſque antiquis propagati, & iure poſtliminij in Conſtantienſi, & Baſileenſi Concilio reſtituti, per latus Ri-

cherij petitur ; atque hodierna die certatur, vt aliquo celebri exemplo pœnæ in Richeriũ ſtatuto, omnes Theologi Pariſienſes à doctrina maiorum propugnanda abſterreantur, & ne quiſquam deinceps eam vel explicare, aut contra renitentes mutire audeat : Proteſtor quæcumque in hunc diem conuitiatores maligni in meam peſtem moliti ſunt, aut poſthac molientur, quanta quanta ſint, ea me illis animo Chriſtiano indulgere, ſicut mihi peccata mea remitti, atque in aduerſis, & imminentibus periculis, quæ profecto incredibilia ſunt, gratiam patientiæ, conſtantiæ, & fortitudinis, ſic à Deo fieri obſecro, vt Prophetarum, atque Apoſtolorum

uam, & ſeditioſam doctrinam de abdicandis, & occidendis Regibus, quæſito colere tyrannidis, aut neglectæ religionis Catholicæ, propugnarem. Quem libellum publicis iuris feci, quando cauſa Academiæ Pariſienſis contra Ieſuitas in ampliſſimo ordine perorata eſt. At vero nunquam poſteri in animum inducent ſuum, quantum damni ex hoc meo propoſito, de parente Academia, & veritate iuſti regiminis Eccleſiæ à Chriſto inſtituti tuenda, quantum infamiæ, calumniarum, potentiſſimorum inimicorum, & periculi, ſub prima Ludouici XIII. ætate, in me redundarit; & dehinc etiam redundabit, niſi Deus ſua immenſa bonitate incredibiles maleuolorum mi-

nas, conatus, & factiones in meam perniciem excogitatas, atqui inſtructas, profligarit. Hercle illuſtriſſimus Cardinalis Perronius, qui me criminandi princeps extitit, vt totum Regis Conſiſtorium in meam ruinam procliuius incenderet, in ſacro Principis conſilio dixit, Scriptorem libelli de Eccclesiaſtica, & Politica poteſtate, quem optime nouerat, conſtituiſſe præſentē Regni, Regine matris, omniumque liberorum regiorum ſtatum, hac ſcriptione conuellere: ac propterea, neque ſuum, neque typograhi nomen illi libello inſcripſiſſe. Quæ ſtatim atque accepi, mihi quidem; & veritatis, & teſtimonij rectæ conſcientiæ apprime gnarus, palam, & in-

genue meme illius libelli auctorem, ac vehementer ambire professus sum, vt *à viris doctis qui non essent in causa* Serio examinaretur. Quamobrem aliquot viros primarios sacri Consistorij etiam atque etiam precatus sum, darent operam, quatenus aut voce in Regis Consistorio Cardinali Porronio respõdere, aut aliqua scriptione meam innocentiam cum veritate propositionum libello meo contentarum, mihi integrum esset defendere. Sed proh dolor! grauissima tempora pupillaris ætatis Regis, & incredibiles clamores, prensationes, atque interminationes domini Ruperti Hubaldini Nuncij Apostolici, qui se continuo Lutetia insalutato Rege decessurum Ro-

mam obteſtabatur, & me-
ipſum, atque libellum meum,
telis, & ludibrio hominum in-
dicta cauſa ſic expoſuerunt,
vt mihi nonmodo omnia hu-
mana ſubſidia, & leges Regni
deeſſe, verumetiam cunctas
mundi poteſtates, quaſi in
meam conſenſiſſe perniciem,
ſub ætate pupillari Regis, in-
quam, expertus fuerim. Certe
D. Cardinalis Bonzius Italus,
mihi nominatim & Regis, &
D. Brulartij Cancellarij Fran-
ciæ imperio, iracunde, mina-
citerque prohibuit, ne etiam
contumelioſis libellis, quos
homines conductitij etiam in
me ſcripturiebant, & publica-
bant, reſponderem: niſi è ve-
ſtigio, & meam ipſius, & cuiuſ-
cumque alterius Apologiam
meo nomine factam capitis

luere vellem: *Nam*, inquit, *si Rex, & Regina regens tam studiose, & comiter pacem colit cum vili, & exigua Geneuæ republica: quid eos cum summo Pontifice facere oportet, quando præter spirituale regnum per vniuersum orbem terrarum diffusum, magno insuper temporali regno potitur in Italia?* Qua ex Cardinalis Bonzij oratione, & gestis. D. Nuncij Apostolici contra me, tum didici quod antea nesciebam, scilicet maiorum doctrinam de Concilij auctoritate supra Papam libello meo euolutam, hodie velut materiam, & argumentum status politici temporalis in Curia Romana pertractari; quamquam Cardinalis Bellarminus, & Perronius eam esse problematicam venditent. Iam ergo aliquid internùn-

cius ad maiores noſtros defe-
rat, noxæ, & quidem capitali
datum Richerio, quod in re-
gno Franciæ, atque inter Pa-
riſienſes Theologos, de anci-
pitibus controuerſiis, atque
auitis Eccleſiæ Gallicanæ li-
bertatibus diſputaſſet: quia
vt inquiunt, tantumdem lici-
tum eſt de Regis, & Regni
Franciæ ſtatu, quantum de
Pontificis auctoritate ſupra
Concilium ambigere! Qua
propter, inita fuerunt conſi-
lia de Richerio velut monar-
chomacho, & perduelli com-
pingendo in Baſtiliam Pari-
ſienſem: atque inauditis an-
tea fabricis, & prenſationi-
bus regium diploma quæſi-
tum, & extortum eſt, vt con-
tra morem ſcholæ Pariſien-
ſis, Syndicatu Theologiæ fa-

cultatis abdicaretur : quoniam via ordinaria comitiorum id nulla ratione, quamquam sæpe tentatum, confici potuerat : tametsi ex omnibus Galliæ prouinciis, nimirum Picardia, Campania, Normania, Aquitania, Britannia Armorica, Carnuto, Aureliis, & Niuernio, doctores Sorbonici seculares, & Regulares, extraordinariis euocati studiis, & quidam illorum mercede proposita allecti, magnisque locupletati pollicitationibus fuissent. Quid memorem palam circumferri, illos gratissimam Deo victimam facturos, qui sese Richerio mactando deuouerint : & si vnquam abripi, & Romam deportari possit, reuera experturum quod

pernegat : nimirum Papam materiali gladio inſtructiſſimum, ad perduelles ſimiles Richerio capite plectendos. Verum illi ipſi qui deſiderio hominibus gratificandi, & foro ſeruiendi, tam cruenta, & horrenda in Richerium commentatur, minime attendunt, ſe iſtis formidoloſis interminationibus magnam inuidiæ molem SS. Apoſtolicæ conciliare : quaſi manſuetiſſima, & æquiſſima Petri Cathedra, quæ anteactis ſeculis vſque vſque afflictis, & catholicam veritatem propugnantibus perfugio, & præſidio ſalutari extitit, *iam vel damnaret innocentes, vel ſolueret noxios : cum apud Deum non ſententia Sacerdotum, ſed reorum vita quæratur*, auctore Hieronymo in caput

cherij petitur ; atque hodierna die certatur, vt aliquo celebri exemplo pœnæ in Richeriũ ſtatuto, omnes Theologi Pariſienſes à doctrina maiorum propugnanda abſterreantur, & ne quiſquam deinceps eam vel explicare, aut contra renitentes mutire audeat : Proteſtor quæcumque in hunc diem conuitiatores maligni in meam peſtem moliti ſunt, aut poſthac molientur, quanta quanta ſint, ea me illis animo Chriſtiano indulgere, ſicut mihi peccata mea remitti, atque in aduerſis, & imminentibus periculis, quæ profecto incredibilia ſunt, gratiam patientiæ, conſtantiæ, & fortitudinis, ſic à Deo fieri obſecro, vt Prophetarum, atque Apoſtolorum

imitatione, *per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam, vt Seductor, & verax*, Catholicam veritatem Apoſtolici regiminis Eccleſiæ (quod Catholicæ religioni, diſciplinæ Eccleſiaſticæ, & moribus Chriſtianorum melius cõſtituendis, & emendandis perneceſſarium eſt) intrepidè tueri queam, vnitate, & charitate cum omnibus ſeruata, neglectiſque inimicorum opprobriis, & contumeliis. Hercle quidem, cùm profeſſores Theologiæ Deum quam homines magis timere, & vitam hanc corruptibilem, bona caduca, & ſiniſtram famam ſeculi, præ gloria Dei, & immortalitate omnino habere deſpectui teneantur: deinde ex certa rerum, & cauſarum,

ſarum cognitione, non ex vulgi rumuſculis, vel anticipatis obnoxiorum hominum præiudiciis, aut etiam ad ambitioſorum, & potentiorum gratiam vel imperium, de Theologiæ controuerſiis ſuã dicere ſententiam: inſuper accurate debeant cognoſcere, quidnam ſit hæreſis, quid ſchiſma, & perduellionatus contra Eccleſiam: ac in tam horrenda crimina neminem incurrere, niſi manifeſto, & peruicaciter in principia, & manifeſtas concluſiones fidei Catholicæ impegerit: Equidem *gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quod in ſimplicitate cordis, & ſinceritate Dei, & non in ſapientia carnali conuerſati ſumus*, 2. Corinthior. 1. Quocirca ſicut vir deſiderium

Nabuchodonoſori reſpondit, *Deus quem colimus poteſt nos de camino ignis ardentis* tantarum tribulationum *eripere*, atque ab hominum zelotarum calumniis redimere, & liberare, Danielis 3. Verumtamen ſi hoc ei minus placitum ſit, non propterea Euangelium erubeſcere, ideſt Catholicam veritatem iuſti regiminis Eccleſiæ velut hæreticam, ſchiſmaticam, & perduellem ab negare debemus. *Quod ſi vtilius eſt ſcandalum naſci, quam veritatem Catholicam relinqui, Cap. Qui ſcandaliſauerit, de Regulis Iuris in Decretalibus*: triplexque eſt veritas, vt Gloſſa ibidem obſeruat, nimirum *bonæ vitæ, & iuſtitiæ*, quas nunquam omittere licet: *deinde diſciplinæ*, quam pariter viola-

re non debemus, si modo in iure communi indispensabili, hoc est in lege diuina, & naturali versetur: Proculdubio, cum ipsa acta Apostolorum, & octo prima Concilia generalia nongentorum circiter annorum de cursu habita, nos clarissime doceant, Apostolos, patres antiquos, & doctores Ecclesiæ, totidem annorum lapsu sacras electiones, ius commune, & regimen Aristocraticum accurate seruasse: deinde gesta Constantiensis, & Basileensis synodi testentur: Ecclesiam Catholicam hoc genus regiminis in integrum restituere voluisse, quantum illa tempora ferre poterant: atque Gallicanam Ecclesiam illud regimen sanctione Pragmatica in rem iu-

dicatam per vniuerſum Galliæ regnum miſiſſe: Sane iſtinc liquido, & euidenter probatum manet (quicquid ſophiſtæ aduerſus illa duo ſanctiſſima Concilia, & Pragmaticam ſanctionem blaterent, & cauillentur) his poſtremis ſeculis corruptiſſimis Curiam Romanam efficere nullomodo poſſe, vel vt Romanus Pontifex ſanctorum communionem, & Eccleſiæ vnitatem monarchice, aut abſoluto dominatu per vim externam, more poteſtatum ſeculi, cogat: aut etiam vt hæc abſoluta infaillibilis monarchia iuris ſit diuini: quando Apoſtoli; & Eccleſia Catholica quadringentorum & mille annorum fluxu, hoc genus abſoluti regiminis, tanquam diuinitus

inſtitutum, nunquam agnouerunt, nedum approbarunt. Nam patres Eccleſiæ primitiuæ cuncta negotia ad libram canonum, & ſuauiſſimæ moderationis Ariſtocraticæ, ſemper definiri, & maiores noſtri hoc genus gubernationis in Conſtantienſi, & Baſileenſi Concilio inſtaurari, & recuperari voluerunt, vt iam dixi.

Sane quidem hæc infeliciſſima ætate, qua longe, lateque *veritates diminutæ ſunt à filiis hominum* PSAL. XI. *& homines quæ ſua ſunt quærunt non quæ Chriſti*, vnde hæreditatis Chriſti calamitas: nullum verbum aduerſus iſtam abſolutam infaillibilem monarchiam poſt primam ſcriptionem libelli de Eccleſiaſtica & Politica pote-

ſtate feciſſem, ſi modo Aduerſarij noſtri ab horribilibus in me conuitiis, calumnis, & violentiſſimis impreſſionibus, quibus vigenti circiter annis meme virulenter infaſtarunt, ſibi temperaſſent, ſuaque abſoluta imperia, pace, & charitate ſeruata tuerentur. Quandoquidem per illos nequaquam ſtat; quo minus permulti viri boni, pijſſimi, & maxime catholici ab Eccleſiæ ſinu fugentur, atque inuiti ad noua ſchiſmata inſtruenda compellantur, ſicque Eccleſia ad pauciores redigatur. Profecto, & ſapientiſſimum, & piiſſimum Gerſonij conſilium ſemper iudicaui, libro de vita ſpirituali animæ lectione quarta, corollario decimo, *Poterit fieri vt abſque peccato mer-*

tali, inquit, *imo cum merito magno, ſit aliquis Theologus, vel alius prudens, qui diſſentiat corde ab humanis determinationibus, aut traditionibus, qui tamen obligabitur propter euitationem ſcandali, vel aliter, non repugnare exterius. Nam poteſt aliquarum publicatio veritatum prohiberi & aliquarum falſitatum dogmatizatio permitti.* Cæterum, ſicut frequẽter accidit Mathematicos ab imperitis ſcientiarum Mathematicarum ſortilegos, & incantatores haberi: ſimiliter, vt plurimũ vſu euenit, Theologiæ, aut iuris Canonici doctores, ſuſpicione hæreſeos apud imperitam plebem laborare, eodem Gerſonio auctore, *Tractatu de veritatibus credendis ad neceſſitatem ſalutis.* Certe qui in ſacrarũ Scripturarum, & Pa-

trum lectione valde exercitati ſunt, atque Conciliorum, & Eccleſiaſticam hiſtoriam callent, hancque ſcientiam ad cauſas eſſentiales Eccleſiaſticæ, & politicæ poteſtatis, vt neceſſe eſt, retulerunt: omnes quidem inclinationes, & mutationes, incrementa, & decrementa religionis Chriſtianæ, regiminis Eccleſiæ, perſpectas, & exploratas habent: quas homines imperitos, aut ſola ſcholaſticæ Theologiæ cognitione ſaturos, prorſus ignorare oportet. Quocirca idem doctor Chriſtianiſſimus opuſculo de materia Excommunicationum, & Irregularitatum prudenter decernit, *Puſillos qui æſtimant Papam eſſe vnum Deum qui omnem habet in cælo, & in terra poteſtatem, inſtruen-*

dos per idoneas informationes, & si nolent acquiescere, esse in causa scandali Pharisaici, accepti non dati. Deinde lib. de examine doctrinarum parte prima cõsideratione secunda cõtendit *aduersum humanas constitutiones nunquam esse palam dogmatizandum, nisi forte aliquis error contra fidem, & scandalum intolerabile ex nostro silentio emergeret*, hocque in casu assertionem Catholicæ veritatis pro suprema lege habendam: & tum multo magis præstare scandalum nasci, quam veritatem Catholicam deseri. *Quod si fieret persequutio sententiarum, atque pœnarũ contra repugnantes eiusmodi Constitutionibus humanis, beatos esse, qui persecutionem patiuntur propter iustitiã ac superesse remedium Concilij generalis.* Quam salutarem doctri-

nam meis aduerſariis in charitate examinandam relinquo.

O Domine Ieſu Chriſte! ex hoc falſo, & plane imaginario principio, *Papa eſt abſolutus Monarcha Eccleſiæ, & dominus omnium beneficiorum:* ecquid hoc corruptiſſimo ſeculo ambitioſi, & mundani homines in manifeſtiſſimam legis Euãgelicæ ruinam, totiuſq; ordinis politici ſubuerſionem nõ certatim architectãtur, & demoliuntur ius diuinum, ſchiſma, hæreſim, & perduellionatũ, aſtringentes, vbi vbi merũ eſt ius humanum, nullũ ſchiſma, nulla hæreſis, aut perduellionatus: imouero nec vlla peccati mortalis ſuſpicio hærere poteſt: modo fœdas ignorantiæ tenebras, & ſuperſtitiones rudibus concretas ſeculis,

pace, charitate, atque vnitate Eccleſiæ ſeruata, depellere, & illuminare, ideſt illos ipſos melius erudire, & informare nitamur, *Qui Papam haud aliter quam Chriſtum ipſum abſoluta infallibili auctoritate prædituм, ac in ratione regiminis totam Eccleſiam conſtituere arrolantur.* Quam belle, & appoſite olim neſcio quis dicebat, *laudamus veteres, ſed noſtris* prudenter, *vtamur annis*: hoc eſt, de iure communi, ariſtocratico Eccleſiæ regimine, Apoſtolica diſciplina, & finibus Sacerdotalis, atque Regiæ poteſtatis comitet regendis, ſic diſſeramus, vt nihilominus pacem, charitatem, & vnionem cum omnibus retineamus: & vitia, atque corruptelas non homines oderimus; illorum more,

qui ex profundo herebi diabolica nomina diſſentionum, ſectarum, & Richeriſtarum exſuſcitarunt, atque in Eccleſiam effuderunt. Quandoquidem, omnes Catholici pretioſiſſimo Chriſti ſanguine redempti ſumus. Et vtinam omnibus zelotis manſuetudo Chriſti, & Euangilij pacis, cum hac præclara Augiſtini ſententia lib. primo cap. 1. contra epiſtolam Parmeniani veniret in mentem: eamque vellent, & poſſent, ſicut neceſſe eſt Chriſtianis, ſtricte accurateque ſeruare: profecto, longe aliter Chriſtiana religio ſe habere, neque Eccleſia ſponſa Chriſti tot ſchiſmatibus, & tanta ſtrage Chriſtianorum deformata horreret. *Quiſquis vel quod poteſt ar-*

guendo corrigit, ait Auguſtinus, *vel quod corrigere non poteſt ſaluo pacis vinculo excludit : vel quod ſaluo pacis vinculo excludere non poteſt, æquitate improbat, firmitate ſupportat, hic eſt pacificus, & ab iſto maledicto immunis quod ſcriptura dicit, væ his qui dicunt quod nequam eſt bonum, & quod bonum eſt nequam, qui ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem*, Esaiæ 5. Quam mirabilem & diuinam epiſtolam Auguſtini, Paſtores Eccleſiæ, & Theologi nunquam demanibus ponere debent.

Cum igitur aſſidua contentione vigiliarum, mihi *cum à poſteriori, tum à priori*, ſcientiam naturæ Primatus ſedis Apoſtolicæ, poteſtatis clauium, & gubernationis Eccleſiæ à Chriſto inſtitutæ cõ-

parauerim : idque me ſatis ſufficienterque aſſequutum exiſtimem, vt morali, & naturali certitudine ſim in conſcientia ſecuriſſimus: Hercle quidem mihi apprime conſcius quanti ſit pretij Iuris communis, & Ariſtocratici regiminis Eccleſiæ ; hoc eſt libertatis Euangelicæ abrogatio, *quam nobis proprio ſanguine acquiſiuit Dominus*, vt Patres Epheſini Concilij loquuntur : & quam craſſo ac ſupino errore illi cæcutiant, qui vt ait Pariſienſis Cancellarius Sermone in Circumciſione Domini conſideratione prima, imaginantur *Eccleſiam melius poſſe regi per humanas inuentiones, quam per legem pure Euangelicam* : nihil certe vel obnoxiorum, vel imperito-

rum, aut maleuolorum hominum calumnias, & portenta verborum certatim aduersus Richerium, eiusque libellum effusa, pertimesco: ne quidem hoc tesselatum emblema, *hæreticus*, *schismaticus*, *perduellis*, *monarchomachus*, *impostor*, *&c.* quia certissimus sum, neminem Censuris in libellum aliquem effusis, aut eiusmodi conuitiis percelli debere, eo quod problematicas, & ancipites quæstiones, pace, charitate, & vnitate seruata, absque cuiusquam iniuria asseruerit, & propugnarit: atque Theologos non ad antiqua seculi Apostolici placita, & instituta, sed ad deformes nouitatum istius æui pruritus debere trepidare. Quod si Dominus noster

caput Ecclesiæ *Seductor vocatur* à Iudæis Matthæi 27. eumque adhuc hodie Iudæi, & Athæi pro Sycophanta, & Impostore despiciunt: quid eius membra in charitate, & vnitate Ecclesiæ veritatem more Prophetarum propugnantes non pati, & perferre necesse est? Hebræorum 11. *Non enim est discipulus supra Magistrum sed sufficit ei vt sit sicut Magister*, MATTHÆI 10.

Verum hic aliquos subaudire videor, obijcientes eiusmodi Controuersias, istis temporibus nonmodo pietati, bonisque moribus constituendis esse inutiles, verumetiam permagno esse scandalo, & causæ hæreticorum velificari. Contra rependo, hæc ipsa ignaris, & simplicibus il-

ludendis,

ludendis, atque etiam corruptelis, & abusibus fouendis, ac incrustandis callide excogitari, & aduersus solem scripturarum obtendi. Numquid *propterea captiuus ductus est populus meus quia non habuit scientiam: & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit: Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino?* Esaiæ 5. Quod si verum amamus vt Christianos oportet, quid Ecclesiæ vniuersæ magis vtile, & necessarium, quam diligenter cauere, ne ius humanum pro diuino, & schisma, hæresis, ac perduellionatus contra Ecclesiam asserantur, vbi nulla prorsus mortalis peccati labes hærere potest? Tunc pietati, bo-

niſque moribus in integrum reſtituendis, & caſibus conſcientiæ bene moderãdis inutile putas, rectam tenere rationem finium vtriuſque poteſtatis herciſcundorum, vt inter Regnum & Sacerdotium æterna pax ſtabiliatur, & caueatur ne deinceps prætextu Religionis, & Cenſurarum, Reges furori Aſſaſſinorum, quaſi piaculares hoſtiæ, mactandi exponantur, atque orbis Chriſtianus bellis ciuilibus, & interneſcione Chriſtianorum deformetur? Scire quænam ſit iuſta vis, & poteſtas clauium, & quouſque ſe extendant? Quid iure diuino primario, *ſiue de condigno* Romanus Pontifex, & Epiſcopi quidnam humano *aut de congruo* ex Eccleſiæ conſtitutio-

ne ac Principum Christianorum largitione, & indulgentia possideant? Quid Episcopi à presbyteris differant, & que antiquitus forma, & consuetudo illorum eligendorum, & ordinandorum extiterit? Quæ olim Canonum scisscendorum, & Controuersiarum Ecclesiæ definiendarum fuerit ratio: ac totum robur, & confirmationem Conciliorum à Catholico Ecclesiarum consensu manare, quæ in Synodum confluunt, vt inter sese sanctorũ communionem ineant, & paciscantur? Similiter; quinam ius præsidendi in Synodis obtineant: & qua titulo Imperatores octo prima Concilia generalia, & Reges Franciæ Syndos regni sui quondam indi-

xerint, & conuocarint? Quam auctoritatem Reges, Princeps, & Magiſtratus politici, velut iuris diuini, naturalis, & canonici vindices, atque exequutores, obtineant in externa Eccleſiæ diſciplina conſtituenda, quæſtionibus facti definiendis, & ſubditis ſuis, contra iniuſtas, & iracundas Prælatorum Cenſuras, protegendis? Vndenam Curia Romana tantam poteſtatem qua hodie vtitur fruitur collegerit: quando & quo fine Collegium Cardinalium inſtituerit? Quæ prima Monachorum origo, & natura votorum eorumdem: quænam Miſſiones, & inſtituta ordinum Mendicantium, atque aliorum Regularium, qui dormitantibus ordinariis, in

eorum iura inuaſerunt ? Tenere quiſnam ab æuo Apoſtolorum ad hæc noſtra tempora per ſeculorum vices vſus ſacramentalis Confeſſionis extiterit : & *Capite Omnis vtriuſque ſexus*, proprium dici Sacerdotem, cui in ſua ordinatione, & inſtitutione populus *de propinquo* regendus traditur, quatenus illum omnibus horis, & caſibus neceſſariis, tempeſtiue, atque intempeſtiue *de propinquo* inquam, adiuet, conſoletur, paſcat, purget, illuminet, perficiat. Quæ auxilia ſpiritualia; *Vagi, & Subſidiarij, nedum Communes Sacerdotes, quicumque ſint*, præſtare nullomodo poſſunt: & idcirco ſolus Paroecus aut Curio, proprius, & familiaris; eſt Sacer-

dos, quicquid homines litigiosi cauillentur, vim ipsi naturæ inferre conantes, vt oues non suas ab ordinariis Pastoribus auocent. Item habere compertum, quodnam fuerit Parisiensis Academiæ propositum, & studium, in iure communi, & Aristocratico regimine conciliorum, hierarchia propugnanda, nascentibus corruptelis, & abusibus impugnandis, aliaque innumera, quæ proculdubio humanis adinuentionibus & institutis à iure diuino secernendis, consequenterque ad veram, & solidam pietatem constituendam, & vitia expurganda perneceſſaria sunt.

De scandalis autem, omnes securos esse iubeo, quoniam plus satis sacrorum Bibliorum

lectione edocemur, nunquam à Prophetis, Christo, Apostolis, aut aliis, veritatem assertam, & propagatam, etiam in Conciliis Ecclesiæ, absque graui scandalo: sed tandem suo preiudicio, ac prærogatiua, portas, & vectes inferni confregisse: vt insuper omittam, actiuum, non passiuum scandalum, esse in culpa & reatu.

Quod vero has disputationes hæreticorum querelas iuuare clamitant, perinde est certe, ac si quis piam causaretur, Patres Tridentini Concilij nequaquam moribus Ecclesiæ reformandis operam, & studium nauare debuisse, ne causæ hæreticorum seruire putarentur: aut etiam olim Prophetis superſedendũ.

fuisse ab erroribus Hierosolimitanæ Ecclesiæ carpendis, ne forsan Samaritanis, & Saducæis, quos Iudæi pro hæreticis habebant, gratificari viderentur: aut præterea, ne vel famæ, vel vitæ propriæ grauius consulerent. Ac profecto nostrum est qui Catholici sumus, atque vnitatem, & pacem Ecclesiæ sartam tectam volumus, nostrum est inquam, non hæreticorum, & perduellium (quibus cum optima parente sponsa Christi quam impie violarunt, & discerpserunt, nihil quicquam iuris, aut commercij esse potest) de disciplina melius constituenda, & emendandis moribus disputare, ac Prophetarum, beati Hieronimi, Bernardi, Gersonij, &

aliorum

aliorum pietate, & vitæ ſanctimonia illuſtrium æmulatione, cum noſtrorum fratrum corruptelis: tum hæreticorum erroribus ſtrenue obſiſtere, neque vllis hominum clamoribus, conuitiis, minitationibus, periculis, aut etiam præmiorum illecebris, à tam ſanctiſſimo propoſito abſterreri. *Nude nuda loquor, nec retego verenda, ſed inuerecunda confuto. Vtinam priuatim, & in cameris hæc tantum fierent: vtinam ſoli viderimus, & audierimus: vtinam nobis reliquerint moderni Noſtri vnde à nobis poſſent aliquatenus operiri: Nunc vero cernente orbe mundi fabulam ſoli tacebimus? Caput meum vndique conquaſſatum eſt, & ego ſanguine circumquaque ebulliente putauerim eſſe tegendum? Quidquid oppoſuero cruentabitur,*

& maior erit confusio voluisse celare, cum celari nequiuerit, ait sanctus Bernardus, quadragesima secunda epistola ad Henricum Senonensem Archiepiscopum: eo quidem seculo, quo abusus tolerabiles, & emendabiles erant, & sacræ electiones feruebant. His autem perditissimis moribus, quibus hypocrisis, & Atheismus altissimas egerunt radices, totaque ferme religio, & pietas, à virtute, & simplicitate cordis, in speciem, & choragium externum traducta est, silebimus? Proculdubio bacchantibus Lutheranis, si Catholici doctores in morum carcinomata, sicut & in errores Lutheri, calamum acuissent: vel hodie Ecclesiam emendatam, vel non ita

ſchiſmatibus laceram, & ad paucos redactam haberemus: neque ambitioſi, & portenta hominum, ſilentium noſtrorum, in abuſuum, & corruptelarum patrocinium ſic abduxiſſent, vt quotquot hodie de Eccleſia melius emendanda ſermones conſerere audent, pro hæreticis, & pabulo inquiſitionis, ſi Deo placet, habeantur. Sed tum demum, anno ſeptuageſimo ætatis poſt diuturnum morbum nephritidis, Codicillum hunc olographum concluſi, & obſignaui, die XXIV. Decembris in peruigilio Natiuitatis Dominicæ poſt meridiem, anno M. DC. XXIX.

Signatum, E. RICHER.

IOANNIS CARAMVELIS LVBOVISCHI AD PETRVM GASSENDVM.

EPISTOLA.

Qua significat Germanos Protestantes ad amplectendam fidem Catholicam longè promptiores futuros illâ ipsis opinione detractâ, non licêre cuiquam esse Catholico, nisi qui Papam infallibilem, & Oecumenico Concilio superiorem agnoscat.

CVM PETRI GASSENDI RESPONSIONE.

Quâ latè demonstrat tum antiquæ tum hodiernæ Scholæ Parisiensis ac longe grauissimorum Theologorum perpetuam & constantem esse doctrinam, Papam nec citrà Concilium Oecumenicum infallibilem esse, nec Oecumenico Concilio superiorem.

Duæ iſtæ Epiſtolæ depromptæ ſunt ex ſexto tomo operum P. Gaſſendi Theologi ac Mathematici quæ ſtudio illuſtriſſimi viri Henrici Ludouici Haberti Montmorij libellorum ſupplicum Magiſtri in Lucem prodiere. Habetur autem Epiſtola Caramuelis pag. 465. ad calcem huc cum reliquis ad Gaſſendum Epiſtolis coniecta. Epiſtola autem Gaſſendi reſponſoria extat pag. 191. eiuſdem tomi.

IOANNIS CARAMVELIS LVBOVISCHI AD PETRVM GASSENDVM EPISTOLA.

Amplissimo & Perillustri Viro Domino PETRO GASSENDO, S.

LOVANII, sapientissime Vir, ad te scripsi, imò & mittendas edidi in libello de septem Stellis Iouem circumuenientibus : nondum tamen ambitionem meam tuis beare litteris dignatus es. At quia te vrbanissimum veneror, vel meas tibi non fuisse traditas, vel tuas periisse existimo ; quorum vltimum probabilius esse, meus excursus in Germaniam persuadet. Discessi ipso cinerum die, Regis Catholici liberalitate ad Disembergensem Abbatiam promotus, & Crucinaci in inferiori Palatinatu habito, vbi tuas expecto. Te curiosum Historicum & Astronomum iam ego à multis annis ; nec videbatur mirum ; Histo-

ria enim & Aſtronomia, ſi bene examinem, vna & eadem ars. Principes Cæli politici ſunt ſydera; Sydera militiæ cæleſtis ſunt Principes, adeoque arte Aſtronomica politicorum ſyderum curſus, & Hiſtorica Planetarum & aliorum ſyderum motus, periodi, ſynodi, & comitia deſcribenda ſunt. Sed quod præter eloquentiæ ſuauiſſimos flores, quibus illuſtria amicorum facinora tranſtuliſti ad ſydera, & Syderum clandeſtinos congreſſus, ad amicorum oculos, etiam Metaphyſicas ſubtilitates eximius, & ſubtilis perſuaderes, & obſcuriſſimas controuerſias diuinitate tui ingenij illuſtrare liberet, non credidiſſem referenti, & tamen crediturus ſum. Ad nundinas Francofurtenſes curioſitatis gratiâ veni; multos quæſitos ſcriptores non reperi, adeóque meum illud iter iudicaturus ſuperfluum aut infælix ni mihi non quærenti occurriſſes. Speculationes illas tuas in Carteſium Blauiana officina non ſine Simoniæ ciuilis ſuſpitione ambi-

tioni meæ vendidit, admirabundæ quidem, quod viderit pretio commutari, tametsi diuinas & cælicas. rem fatear? non cognosco Cartesium, amo tamen propter viuacitatem ingenij; sed quod absit ab vniuersitate, viro magno condoleo; acutæ enim menti cos deficit, & exercitium Academicum menti magnæ esset coti. Nauseabundus ille, superbusque scriptitandi modus omnino displicet; cum enim nec puræ carnes simus, plus carnis quam mentis nos habere conuincimur, cùm euomimus, quæ mens ciuilis & vrbana concoqueret. Quercus decrepita altas radices egit, nec baculo tametsi torosâ manu acta deijcitur, Sed soli cedit bipenni: & Peripatetica Philosophia, quernea quidem & rustica, sed quæ per multos annos in Scholis obtinuit, & radices immisit profundissimas, deijci & eradicari poterit, non tamen baculo & fuste, sed bipenni & secure, non inurbanitate, inciuilitateque, sed acutissimis rationibus forti men-

te conceptis, ſcriptis calamo ſuaui & vrbano. Tu igitur cui acre ingenium conuerſationis elegantia conditum Deus indulſit, progredere, & rem Metaphyſicam tuis inuentis illuſtra. Prodibo & ego, multaſque Carteſij ſpeculationes proſequar, multas perſequar; habet enim nonnullas quæ ſunt mentis ſublimis indices, aliquas quæ inſinuant debere authorem exerceri, vt Vrſæ ſimilis abortiua acumina perficiat & reformet. Vtrum mihi vrbanus futurus ipſe ignoro; ſed ſi tam benè Politica quam Metaphyſica ſapiat, aderit vrbaniſſimus, mihi vnam & ſolam veritatem quærenti ipſumque vrgenti & exercenti, quod magna mente cælitus donatum credidero; aliàs enim contemnerem, nec loquentem tacentem-ve morarer.

Iudicium tuum in hac materia magnifacio, libera tamen, ſeruatâ debitâ reuerentiâ aut intendo, aut remitto, & fundamentis demonſtratis accommodo; quod vt exiſtimo, tibi erit gratum; Ego enim li-

benter examinor, vt accedente Amicorum calculo sciam, quid possim securè proferre, quid debeam secundò examinare. At tuo, tuorumque Parisiensium iudicio in materia digniore & sublimiore indigeo, controuersias scriptito, & has theses apud viros magnos reperio, 1. *Concilia Generalia errare non possunt.* 2. *Summus Pontifex extra Concilium Generale (hoc est solus, aut in Concilio Nationali) imo & ipsa Nationalia Concilia errare possunt.* Vtramque tuetur Adrianus Papa 6. *in quæst. de Confirm.* Cardinalis Cameracensis, Cusanus, Panormitanus, Florentinus; Primus, *de authorit. Eccles.* Secundus, *de Concordia Catholica lib. 2. cap. vltim.* Tertius, & ipse qui nomine Abbatis citatur, *Cap. Significasti extrau, De electione.* Vltimus, *ibidem*, quibus adhæret magnus ille Doctor Hispaniæ, Alfonsus Tostatus, Abulensis Episcopus, *In cap. 18. Matth. quæst.* 108. Et ne quis dicat inconsiderate & obiter difficultatem resoluisse, eamdem thesim re-

ſumit *in defenſorio part. 2. c. 69.* in maiori Salmanticenſi Collegio, quod S. Bartholomæo inſcriptum, Profeſſor & Collega olim fuit, & exiſtimo tanti à ſuis hodie fieri, vt vix reperiendus ſit qui affirmet eum docuiſſe ſententiam improbabilem. Eiuſdem opinionis fuerunt Ioannes Gerſonius, Ioannes Major, Ioannes Pariſienſis, Iacobus Almainus, & alij *in ſuis tractatibus de poteſtate Eccleſiæ*, Franciſcus de Victoria in Salmanticenſi Academia eximius, S. Theologiæ Profeſſor (ſic eum appellat Poſſeuinus in ſuo indice) *Religione 4. de Poteſtate Papæ & Conciliorum, propoſ. 32.* Sic inquit, *de comparatione poteſtatis Papæ eſt duplex ſententia.*

Altera eſt S. Thomæ & ſequacium multorum & aliorum Doctorum, tam in Theologia quam in Iure Canonico peritorum, quod Papa eſt ſupra Concilium; Altera eſt communis ſententia Pariſienſium & multorum etiam Doctorum in Theologia & Canonibus, vt Panormitani & aliorum contraria, quod Conci-

lium est supra Papam. Non est locus hîc disputandi, quænam illarum sit verior; puto vtramque esse probabilem opinionem: Idem omninò docet Nauarrus, tametsi scrupulosissimus Doctor, qui cùm vbique strictissimas sequatur sententias, censendus hanc credidisse strictissimam & securissimam. *Est maxima discordia Romanorum & Parisiensium*, ait Nauarrus citatus ab Vvidringtono, *cui principaliùs potestas Ecclesiastica fuerit à Christo collata, an Ecclesiæ toti, an verò Petro? Illi enim (nimirum Romani) atque ideò Papam Concilio esse superiorem, ij vero (nempe Parisienses) quibus Gerson adhæret, totam datam esse toti Ecclesiæ, licet exercendam per vnum, atque ideo in aliquot saltem casibus Concilium esse supra Papam. Quarum illa scilicet Romanorum videtur placuisse Thomæ à Vio, vbi altius omnibus & profundius hoc demonstrare conatur. Altera verò placuit Panormitano, qui pro Parisiensibus est, quem frequentius nostri sequuntur, vt tradit Decius, quam mordicus tuetur Iacob Almainus è Sorbonâ*

Theologus, qui respondit Thomæ à Vio Libello iusto, & Ioannes Major qui idem facit, ait, Romæ nemini permitti tenere Parisiensium & Panormitani sententiam, nec rursus Academiam illam Parisiensem (notetur benè) *pati vt contraria opinio asseratur in ea.* Et ille qui Nauarrum recognouit, & additiones aliquot contextui adscripsit quem *Additionatorem* Sanchez *de Matrimonio sæpissimè:* & Vviddringtonus *in Apologia num.* 29. nuncupant tametsi velit remittere paulisper sui authoris sententiam, Parisiensium opinionem probabilem, & Romanorum probabiliorem clarè affirmat, cùm verum sit in moralibus sufficere probabilitatem. Tomo etiam quarto Conciliorum, referente Petro Molinæo *Libro de Monarchiâ temporali Pontificis Romani cap.7. pag. mihi* 106. Bulla recognitionis reperitur, in qua Æneas Syluius, qui & Pius II. agnoscit se in tenebris ambulasse, & procul à vera luce recessisse, quando credidit Concilium esse supra Papam: & ne temerè cre-

didisse diceretur, suæ credulitatis rationem & occasionem expressit dicens, *Contra Concilij dignitatem mutire, crimen hæresis fuit.* Vnde colligo ante huius Pontificis promotionem, adeò fuisse communem Parisiensium sententiam, vt haberentur omnino hæretici, qui docerent contrariam Parisiensibus: re bene examinata intrepidè subscripsit Rogerus Vviddringtonus Catholico-Romanus Angelus *in disputationis Theologicæ de iurament. fidelitat. cap. 3. sect. 1. n. 8. & cap. 10. n. 27. & in respons. Apolog. n.* 28. Hanc videntur supponere Louanienses Doctores, cum Iansenij in Bayo olim à duobus Pontificibus, condemnatas opiniones defendunt, hanc cum Vrbano VIII. Iansenianam doctrinam condemnanti hoc vel illo prætextu quæsito non adquiescunt.

Certè, Vir Optime, si hæ duæ Theses à Parisiensibus publicè defenduntur, probabiles sunt, quidquid in contrarium Bellarminus inclamet; & si probabiles, facilius ad

nos reducere possumus Germanos errantes, & tyrannidem Pontificorum (sic nos vocitant) perhorrescentes. An verè hodiè Parisijs permittantur & defendantur, nescio, tu scis, & ex te resciam. Quid si ipse, vt potè majori Gallorum Authorum copia instructus, velis aliquos Iuniores Senioresve recognoscere, & ea ad notare, quæ meæ intentioni fauere videbuntur? Quid si Sorbonicos aut alios Doctores eximios, adhuc viuos, dignareris consulere? rem sanè mihi gratissimam faceres; Ego enim stante bello scribere in Gallias non possum strepentes epistolas, & consultationes Academiæ semper fiunt cum strepitu, præcipuè si cogantur Doctores ad petitionem peregrini. Multum tibi debeo, si me adiuues, imo, si meos; *Hanc sententiam verè esse probabilem desidero, & si Parisiensium vt circumfertur, sit, non iam propabilis, sed mihi probabilior futura.* Tu meis conatibus magnus Apollo sis. Si tempore consultatio ipsa indi-

geat,

geat, patienter expectabo, modò statim scribas te rem habere cordi, velléque meæ petitioni satisfacere. Vale Humanissime & Sapientissime Vir, & tuis famulis adnumera,

Tuæ doctrinæ & personæ perillustri addictissimum

I. CARAMVEL LOBKVVITS,
Abbatem Disembergensem.

PETRI GASSENDI RESPONSIO.

Admodum Reuerendo, Sapientiſſimoque Viro, D. IOANNI CARAMVELI, Lobkouuitzio, Abbati Diſembergenſi,

PETRVS GASSENDVS. S.

REddidit mihi nudius-tertiùs optimus Merſennus tuas literas, quam cum ſcheda ſub inuolucro ad ſe deſtinato accepit. Oblitus es reſcribere vbinam, & quando illas dederis; ſed quantum conijcio, eæ fuere ſcriptæ Cruciniaci ante decem plus minùs dies. Ipſe à diebus quindecim meas ad te Louanium dedi, & neſcius tamen, illeicne fores, ipſas deſtinaui ad eximium Chiffletium Bellofontanum Balernæ Abbatem, qui illas vbicumque te verſari noſſet, tranſderet. Non potui verò vlla ratione maturiùs ad te ſcribere, gratitudi-

nemque teſtari : quoniam non priùs libellum tuum, conſcriptumque in eo ad me humaniſſimum Epiſtolium peruidere conceſſum fuit. Nunc cum bonitate in me adeò effuſa extiteris, vt etiam manu exarata, eaque benè longa Epiſtola, præoccuparis (quippe nihil adhuc obtinens à me) non poſſum ſanè me continere, quin prima hacce occaſione denuò, reſcribam, gratiaſque agam, & quod meam illam Diſquiſitionem Francofurti inuentam tanti feceris, nimiæ erga me beneuolentiæ tribuendum annoſcam. Facio porrò quoque, ne me ſegnẽ habeas, circa id officij, quod comiter adeò abs me exigis; vt cumque ſim impar, qui planè, prorſumque ea in re tibi faciam ſatis. Exoptas nimirũ reſcire ex me, qui Authores hactenus fuerint, & ex Pariſienſiquidem Facultate potiſſimùm, qui defenderint Pontificem Summum extra Concilium generale, hoc eſt ſolum, aut in Concilio Nationali: imò & ipſa Concilia Nationalia errare poſſe.

Verùm & ipſe interim ita enume-raſti multos, vt omnem propedili-gentiam cenſeri poſſis anteuertiſſe; Et ego ex Auenionenſi, non verò ex hac omnium Summa Facultate ſum Theologus, vt tu vidêris ſup-ponere, cum ex me id rei perquiris. Vt tamen, quantum quidem poſ-ſum, ac licet, tibi morem geram, non meam exponam ſententiam; ſed hiſtoricè ſolùm referam, ſi quid ex Authorum lectione, aut ex Do-ctoribus eximiis, amiciſque intimis, ac vno præſertim inclytæ huius Fa-cultatis conuerſando addidici.

Ac primum quidem vt ingenuè agam, videris mihi non debuiſſe in-ter citandum authoritates, Molinæi commeminiſſe; ſiue enim ille *Caro-lus* eſt, noſti quam ſit ipſius nomen in Romana Curia exoſum; ſiue *Petrus*, noſti eum eſſe manifeſtè ὑπερόδοξον, & à Fide, communione-que Catholica longè alienum. Vide-ris deinde opinionem Nauarri de-buiſſe non ex Vviddringtono, ſed ex ipſomet potius citare, maximè-

que cum eius Textus apud hunc Authorem mutilatus sit, & intersit sententiam Viri, qui, & magni nominis est, & Romæ etiam vixit, scripsitque, ex ipso ius haurire fonte. Atque vt discrimen agnoscas, en vt Nauarri textus se habeat in cap. Nouit. notab. 3. num. 84. de iudicijs. *Non est concilium in præsentia definire cui principalis Ecclesiæ potestas fuerit à Christo collata, an Ecclesiæ toti, an vero ipsi Petro, propter illam maximam discordiam Romanorum, & Parisiensium. Illi enim tenent Petro, & successoribus datam esse hanc potestatem, atque ideo Papam Concilio esse superiorem; Hi vero, quibus Gerson adhæret, totam datam esse toti Ecclesiæ; licet exercendam per vnum, atque ideò in aliquot saltem casibus Concilium esse supra Papam. Quarum illa scilicet Romanorum videtur placuisse S. Thomæ in 2. 2. quæst. 11. art. 2. & 3. Et qu. 1. art. vlt. & in 4. dist. 19. qu. 1. Thomæ à Vio in eiusdem articulis, & in parvis Opusculis tom. 1. & in Apol. 2. part. cap. 1. & in 2. part. cap. 9. vbi altius omnibus, & profundius hoc demonstra-*

re conatur. Altera vero placuit Panormitano, qui pro Parisiensibus est, in capite significasti, Et in tract. super Concilium Basileense, quem frequentius nostri sequuntur, vt tradit Decius consil. 115. quam mordicus tuetur Iacobus Almainus è Sorbona Theologus, qui respondit Thomæ à Vio, libello iusto, & Ioannes Maior in cap. 16. in Matth. idem facit, aiens Romæ nemini permitti tenere Parisiensem & Panormitani sententiam; nec rursus Academiam illam Parisiensem pati vt contraria opinio asseratur in ea. En etiam, vt se textus habeat in Comment. in 7. dist. de Pænitentia, dist. 5. pag. 492. col. 2. num. 32. *Ex hac conclusione primo infertur Pontificem Romanum, ad confitendum sua peccata teneri; quia diuina lege obligatur; quamuis verum sit non ligari per caput illud; Omnis, & ita non teneri absolutè ad confitendum semel in anno. Quod etiam sensit Ioan. Andreas, & Felinus. Quod procedit tenendo illam, quam plerósque omnes Italos audio tenere opinionem, quamque magnis viribus tutari conatur Thomas à Vio, scilicet*

Papam esse supra concilium. Nam, si teneremus alteram sententiam, quam Schola Parisiensis cum tota ferè Gallia sequitur, Concilium Vniuersale supra Papam esse (& adeò quidem sequitur, vt Iacobus Almainus scribens in hoc ipso articulo, dixerit, eum, qui contrarium assereret in Francia, hæreticum iudicatum iri) diceremus, vt ait ille, Romanum Pontificem statuto Conciliorum ligari, ac proinde ad illud caput, Omnis, seruandum teneri. Sic textus Maioris à Nauarro citati, scilicet in cap. 19. Matthæi, ac in prioribus quidem Commentarijs editis anno 1518. super illud, *si peccauerit*, huiusmodi est. *Hæc quæstio quærit, an Pontifex Maximus sit supra vniuersale Concilium, vel super vniuersalem Ecclesiam. Super præfata quæstione duo sunt modi dicendi oppositi; quorum vnus tenet Papam esse supra Concilium vniuersale. Hunc modum aliqui Cardinales tenuerunt, & tenent; & communiter Thomistæ, & Romæ, vt asseritur, nulli fas oppositum publicè tueri. Alium modum semper vniuersitas nostra Parisiana à diebus*

Concilij Constantiensis imitatae sit, sic, quod in ea, qui prædictam tenuerit, in eampo cogitur eam reuocare.

Iam, quod hîc citatur Constantiense Concilium, nihil agnosco antiquius opinioni isti fauere, quam Epistolam Innocentij III. ad Philippum Augustum Francorum Regem, quæ reperitur numero 104. inter editas nuper à Bosqueto. Scilicet in ea hæc verba habentur. *Propter sententiam Euangelicam, quam ipse Deus expressit, vt quod Deus coniunxit, homo non separet, cum absque dubio nec sanctorum exempla, nec Patrum Decreta intentioni tuæ in hoc suffragentur: verum, si super hoc absque generali definitione Concilij determinare aliquid tentaremus, præter diuinam offensam, & mundanam infamiam, quam ex hoc possumus incurrere, forsan ordinis, & officij nobis periculum imminerent; cùm contra præmissam veritatis sententiam nostra non possit authoritas dispensare.* Posteriùs autem, quod habet Thomas de Corsellis Parisiensis Theologus in Propositione an. 1440. facta

cta à Biturigibus, præsente Rege in Concilio Eccleſiæ Gallicanæ, his verbis. *Poſthæc omnia Papa Martinus cum toto concilio dedit litteras ad Prælatos, & Inquiſitores, in quibus continentur articuli Ioannis Vviclef, & Ioannis Hus, inter quos iſte ponitur articulus XLI. Non eſt de neceſſitate ſalutis, credere Romanam Eccleſiam eſſe ſupremam inter alias Eclceſias. Super quod dicit Papa, approbante Concilio, error eſt, ſi per Romanam Eccleſiam intelligat vniuerſalem Eccleſiam, aut Concilium generale, aut pro quanto negaret primatum ſummi Pontificis ſuper alias Eccleſias particulares. Deinde in Interrogatorio in yſdem literis poſito, ſuper quibus haberent interrogari ſuſpecti de hæreſi Huſſitarum ponuntur ſequentia: Interrogetur vtrum credat quod quodlibet Concilium generale, etiam Conſtantienſe, vniuerſalem Eccleſiam repræſentet. Ex quibus manifeſtum eſt, quod per Papam Martinum, & Cardinales, qui tunc ibi communiter aderant viginti tres, vnà cum toto Concilio fuit approbatum, quod Concilium generale habeat ſupremitatem in*

Eccleſiam & quod vniuerſalem Eccle-ſiam repreſentabat. Quod vero dicitur Vniuerſitatem Pariſianam id imitatam eſſe ; à diebus Conſtantienſis Concilij , ecce proferunt Pariſienſes Epiſtolam ſcriptam ad Pariſienſem Facultatem Theologiæ ab Innocentio VIII. die Septembris 7. an. 1486. qua improbatum nihil fuerit, quod fuiſſet eo vſque ab illa defenſum , ſed comprobatum potius huiuſcemodi verborum tenore. *Dilecti filij ſalutem , & Apoſtolicam benedictionem. Intelleximus non ſine magna cordis noſtri lætitia , ſinceram animorum veſtrorum deuotionem, quam ad nos , ſanctamque Romanam Eccleſiam , & Fidem Catholicam habetis ; cum omne ſtudium , & curam veſtram pro eiuſdem Fidei defenſione , & hæreſium exſtirpatione , ſicut probatiſſimos quoſque Chriſtianos decet , inceſſanter abhibueritis.* Afferunt quoque non improbatum facultatis eiuſdem Decretum de celebratione generalis Concilij die Ianuarij 11. ac anni 1497. in quo ad quæſita à Rege reſpondendo inter cætera ſic habetur,

Reſponſumeſt quod ſummus Pontifex, & Pater ſanctiſſimus tenetur de decennio in decennium congregare Concilium generale, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, & maximè nunc, cum tanta ſit deordinatio in Eccleſia, tam in capitibus, quam in membris, quæ cunctis notoria eſt. Inferius autem, *dicit & definit prædicta Facultas quod tempore vrgentis neceſſitatis, vt nunc, vel poſt decennium ab vltimo celebrato Concilio, vt ſupra dictum eſt, poſtquam aliqua bona, & magna pars & notabilis Chriſtianitatis, quemadmodum regnum Franciæ, vel Rex Chriſtianiſſimus ipſius vices gerens, rogauerit, ſummauerit, & exhortatus fuerit dictum Summum Pontificem, cæteraſque partes Eccleſiæ, de congregando dictum Concilium, & ad ipſum conueniendo, & de prouidendo neceſſitati Eccleſiæ. Ipſe vero Pontifex, vel aliquæ prædictarum partium fuerint recuſantes, negligentes, vel differentes de veniendo ad dictum Concilium nihilominus illi, qui aderunt, & comparebunt poterunt ſine alijs non comparentibus dictum Concilium celebrare, & neceſſitati Eccleſiæ prouidere.*

Ad ipsa Maioris tempora vt veniam, id mitto, quod habet Senonense Concilium, anno 1528. celebratum, Cardinali à Prato S. Sedis Legato, Præside, in Decretis Fidei, Decreto III. his verbis. *Proinde cum certa sit, & infallibilis Ecclesiæ Regula, ne aliquando inuisibilitatis prætextu tandem eludi queat ea profectò Sacris generalibus Concilijs authoritas derogari non potest, quæ proximè vniuersalem representant Ecclesiam. His enim Concilijs, si ea decernendi, quæ ad sinceritatem Fidei, & exstirpationem hæresium, Ecclesiæ reformationem, & morum integritatem pertinent, potestas adimatur, nihil certum, nihil stabile futurum est, nihil denique, quo, Hæreticus ab Orthodoxo possit internosci, Nec erat, quo veterum quondam retunderentur insultus, nisi Ecclesiastici Proceres exemplo Apostolorum Concilia celebrassent, quibus Sancti Spiritus authoritatem ferocientibus illis, & humanarum rerum scientia tumentibus opponerent.* Mitto & quod habet Ioannes de Celaïa Parisiensis Theologus, ac Valentiæ in Hispania natus, qui ta-

metsi in Patriam redux, mutarit ſententiam; opinionis tamen Pariſienſium fidem fecit ſub Gallorum Doctorum nomine, ſcribens in 4. Sent. diſt. 25. qu. 5. de Symboli editione, his verbis, *Pro huius quæſtionis enodatione, eſt aduertendum, quod mirabilis eſt controuerſia inter Doctores Catholicos circa iſtam difficultatem veluti de ſuperioritate Papæ ad Concilium. Nam Ioannes de Gerſono & Galli Doctores, & multi Almanorum tenent, quod ad vniuerſale Concilium pertinet edere Symbolum, & determinare ea, quæ Fidei Catholicæ ſunt, & non ad Papam.* Quo loco, vbi ille addit, *contrarium tenere non modo Italos, ſed etiam Hiſpanos*, tuum eſt videre, teneat-ne etiam Abulenſis, quem ipſe poſt Adrianum Papam VI. Cardinalem Cameracenſem, Cuſanum, Panormitanum, Florentium citaſti, præter Franciſcum de Victoria Profeſſorem Salmaticenſem, qui, vt Nauarrus, probabilem vtramque opinionem putat. En verò ex Gallis præter Almainum, alioſque citatos à te pauculos Adrianus Gualte-

rus Parisiensis Theologus, & mai
ris Monasterij Monachus in trac
de primatu Petri, & Ecclesiæ, ha
habet. *Sic ergo relinquitur, temerè dic
veritatique maximè contrarium esse
quod Summus Pontifex in nullo ca
Concilio vniuersali sit inferior. Nec mi
nùs item falsum, quod in nullo casu pos
sit ipse deponi, præterquàm in casu hæ
resis; nam ipse potest esse criminosus, au
fautor alicuius criminis, vel intolerabi-
lis erroris, tam perniciosi Reipublicæ
Christianæ, quam perniciosa est hæresis.
Cui crimini resecando, si non possit re-
medium adhiberi, nisi per Summi Ponti-
ficis destitutionem, verè & realiter desti-
tuendus est.* Et paulo post eandem doctrinam hocce disticho comprehendit.

PETRVS in Æde sacra caput est,
& quandoque Membrum;
Paret, est Membrum; præcepit, vt
Caput est.

IOannes Arboreus, Parisiensis etiam Theologus lib. 4. Theosophiæ. cap. 32. sic sentit. *Decretales*

Epiſtolæ non exequuntur Canonibus Conciliorum & definitionibus. Hanc facilè ſuadebo aſſertionem. Minùs authoritatis habet Romanus Pontifex, quàm tota, & vniuerſalis Eccleſia, quam repræſentat Concilium generale ritè congregatum. Nam Papa in Fide errare poteſt, vt dicit Innocentius huius nominis IV. cap. 1. de Summa Trinitate; & tota mihi aberrare via videtur, qui aliter ſentit; & plus veritati tribuendum eſt, quàm amico. Aſſentantur ſanè Romano Pontifici, qui faciunt eum immunem à peccato, & lapſu hæreſeos, & ſchiſmatis; cum non ſit diuino munere confirmatus in gratia. At Concilia generalia legitimè congregata non poſſunt in fide aberrare. Claudius Conſors ſimiliter Pariſienſis Theologus, in confutatione errorum Vvaldentium, *Paucis*, inquit, *probemus vtramque & Eccleſiæ, & Petri authoritatem, Eccleſiæ primo, ex eo, quod generalium Conciliorum definitione Eccleſia ſit ſupra Papam, quem reſtituere & ex cauſa deſtituere poteſt.* Verum iſte ſcribebat iam anno 1548.

Cæterùm ab anno vſque 1542. conditi fuerant celebri Facultatis

Decreto articuli , Parisienses di
numero XLII. quod iuramento a
hibito profitentur etiam-num quo
quot in ne licentiæ sunt Doctor
tum adepturi. Ipsorum autem XX
huiusmodi est. *Eodem veritatis firma
mento recipiendum , potestatem excom
municandi esse de iure diuino , immedia
à Christo Ecclesiæ concessam.* Et XXII
*certum est Concilium generale legitim
congregatum vniuersalem represental
Ecclesiam , in Fidei , & morum de-
terminationibus errare non posse.* Ex
quibus minùs mirum est , si scri-
bens posteriùs Dominicus Soto
(vtrumque oppositum cum sua fa-
milia sequutus) in 4. Sentent. dist.
20. qu. 1. art. 4. sic quærat. *Vtrùm
potestas iurisdictionis in vtroque foro fue-
rit collata Ecclesiæ , vt in toto corpore
immediate resideat : an vero in Prælatis
eius ?* Et posteà sic habeat. *Nihil hîc
dicere molimur de illa molesta lite ,
vtrum Concilium sit supra Papam ; quæ
causa est , vt numquam Concilia eo can-
dore fœliciter celebrentur quo antiqui-
tùs ; sed quia rerum consequentia hoc ex-
poscit , ne clauium tractatus mutilus*

maneat ; quidquid ſit de illa quæſtione, pro noſtra tenuitate ſubiectum proximum Eccleſiaſticæ Poteſtatis & iuriſdictionis explanare adoriamur. Enimvero Gerſon in Tractatu Poteſtatis Eccleſiaſticæ, quem imitatur Almainus in ſuo libro de Comparatione Papæ, & Concilij, cap. 6. atque alij fautores illius opinionis, quod Concilium eſt ſupra Papam, arbitrati ſuam opinionem ex hoc fundamento pendere, aiunt poteſtatem Eccleſiaſticam iuriſdictionis in vtroque foro reſidere in tota vniuerſitate Eccleſiæ, hoc eſt, in toto corpore, quod aiunt, Categorematicè, inſtar Reipublicæ ciuilis. Hoc tempore non video rem vocari ampliùs in controuerſiam ; fortaſſis ob iuratos illos ab omnibus articulos ; tametſi ſunt, qui opinionem vtramque probabilem putent. Cumque neutra diſertis verbis defendenda proponi ſoleat ; retineri tamen antiquam, iuratamque intelligi poteſt ex ipſa ratione loquendi tam eorum, qui libros conſcribunt, quam eorum qui diſputant Theſeis. Quippe cùm nihil ſimile obſeruem pro oppoſito ; facere tamen pro hac

videtur, quòd ſcribens Franciſci Hallierius Pariſienſis Theologus pr defenſione Eccleſiaſticæ Hierar chiæ, ſeu in Vindicijs cenſuræ Fa cultatis Theologicæ Pariſienſis ad uerſus Hermandi Loëmelij ſpongiam, editis anno 1632. §. 2. ſic inſtat. *Legiſti in libello Richeriano Regimen Eccleſiæ eſſe Ariſtocraticum; anni legiſti ſtatum eſſe Monarchicum?* Et poſteà, *Licet Epiſcopus hic, aut ille morte extinguatur, licet ob crimen expellatur, ſine Epiſcopo tamen Eccleſiam eſſe negamus, in qua ſemper remanet Epiſcopalis Cathedra, in qua viget ſemper Epiſcopi Principatus.* Et rursùs, *Hoc ſenſu neque Eccleſiam vniuerſalem, nec particularem vllam perfectam ſine Epiſcopo eſſe poſſe pronunciauit Pariſienſis Theologorum Facultas, & contrariam ſententiam falſiſſimam, in conſequentia periculoſam, temerariam, ſcandaloſam, ordinis Hierarchici dectructiuam, Populo Chriſtiano nociuam, traditionis Apoſtolicæ, & ſucceſſionis Apoſtolicæ fundamentum conuellentem; imò & in hæreſim inducentem iudicauit.* Facit verò etiam, quod Theſeis pro-

ponens Robertus Conſtantinus Baccalaureus Sorbonicus anno 1639. die Nouembris 18. Sorbonica 29. Theſim hanc inter cæteras vltima columna repoſuit, *Promulgatio eſſentialis eſt legi, non acceptatio; tenenturque omnes Principum edictis parere, non tantum propter iram; ſed etiam propter conſcientiam. Pari iure quiſque fidelium, excepto nemine, Eccleſiæ Catholicæ, & Conciliorum Decretis ſubditur.*

Atque hæc ſunt quidem, quæ recepi initio commemoranda hiſtoricè, non dogmaticè vero expendenda. Videlicet retuli ſolùm, vt tibi quaſi fido amico rem exigenti gratificarer; non vt ſententiam dicerem, cui nullum ex me accederet pondus. Tu id totum quodcumque eſt, quo do affectu excipe, & tanquam pignus quoddam meæ erga te obſeruantiæ habe. Pariſijs VII. Kal. Iul. M. DC. XLIV.

FINIS.

Errata grauiora sic corrige, Leuiora condonabis.

PAg. 15. lin. 12. quo *leg.* quam. Pag. 60. l. ſtatim xi. *lege* xi ſtatim. Pag. 64. l. 13. dier *leg.* Audierit. Pag. 74. l. 5. prefluentes, *leg.* pr fluentes. Pag. 96. l. 13. ſtatim, *leg.* ſtatum. P. 1 l. 16. dicernendi, *leg.* decernendi. Pag. 152. l. 2 inuicerit, *leg.* inuiſerit. Pag. 156. l. 9. approbat *leg.* approbantur. Pag. 163. l. 8. lacum, *leg.* locu Pag. 165. l. 3. in continuo, *leg.* in centiuo. Pag. 1 l. 9. nouum, *leg.* nonum. Pag. 176. l. 12. *approba* leg. *approbante.* Pag. 180. l. 11. legi, *leg.* leg Pag. 189. l. 19. nimis, *leg.* animis. Pag. 207. l. iudiui, *leg* iudicaui. Ib. l. 25. Eccleſia, *leg.* Ecc ſiæ. Pag. 234. l. 3. Medicini, *leg.* Medici. Pag. 2 l. 8. directio, *leg.* directorio. Pag. 257. l. 5. ſalte *leg.* ſalutem. Pag. 262. l. 4. decimos, *leg.* decim Pag. 272. l. penult. que, *leg.* quæ. Pag. 276. l. veſperis, *leg.* veſperijs. Pag. 277. l. 10. aſſertc *leg.* aſſertor. Ib. l. 16. ſubmiſit, *leg.* ſubmiſi. P 285. l. 1. ſummo, *leg.* ſumma. Ib. l. 10. qui, *leg.* c Pag. 312. l. 13. morte, *leg.* more. Pag. 314. l. mandatijs, *leg.* mendacijs. Pag. 318. l. penult. c clarationem, *leg.* declaratione. Pag. 319. l. 6. q dam, *leg* quidnam. Pag. 321. l. 4. ius, *leg.* ei Ib. l. 8. Romanæ ſanctæ, *leg.* Romanæ & ſanct Pag. 352. l. 21. abſignaui, *leg.* obſignaui. Pag. 3 l. 2. ſedi, *leg.* ſedis. Pag. 338. l. 10. liberabit, *leg.* l berabit nos. Pag. 348. l. 19. fauorem, *leg.* foueret Pag. 380. l. 3. colere, *leg.* colore. Pag. 351. l. 3. qui, *leg.* atque. Pag. 357. l. 9. commentatur, commentantur. Pag. 161 l. vlt. deſiderium, *leg.* d ſideriorum. Pag. 365. l. 13. hæc, *leg.* hac. Pag. 3 l. 18. comitet, *leg.* comiter. Pag. 377. l. vlt. tun *leg.* tunc. Pag. 379. l. 5. que, *leg.* quæ. Pag. 392. l. ſubtilis, *leg.* ſubtilius. Pag. 399. l. 2. Angelus, *l* Anglu s. Pag. 405. l. 5. jus, *leg.* eius.

BIBLIOTECA NAZ
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google